propter eterna. Talis fuit ille cupidus de quo habetur **Matth. viij.** qui putans quod si fuisset familiaris eius christo posset magnam copiam diuitiarum acquirere ab his que a christo curabatur. causa pecunie acquirende adhesit christo non causa deuotionis sic dicens. **Magister sequar te quocumque uieris.** **Christus** respondit ad cogitatum non ad uerba dicens. **Vulpes foueas habent et uolucres celi nidus.** filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. **Quasi diceret christus?** **Quare sequeris me propter diuitias cum sim pauper et paupertatem diligo.** et ad illam obtinendum omnino consulo. **Secundum illud consilium fecerunt apostoli christi.** que relictis retibus et nauibus secuti sunt dominum. **Idem res bene intelligit uoluptas carnalis.** **Idem nauem intelligo temporales diuitias que sunt relinquende ut deum sequamur.** **Idem** Unde triplici de causa debemus

sequi christum. **Primo** quia est ductor securissimus **Secundo** quia est doctor uerissimus. et tertio quia est retributor largissimus. **Et ista tria ostendit Augustinus** sed uerbis domini exponens illud euangelij. scilicet **Ego sum uia ueritas et uita.** dicens **primo** **Ego sum uia.** ergo qui sequitur illum non potest errare

Sed hic querendum est. que re contingit euidito et sapientes que summe cogitantes uiam christi maxime errare. **Hinc** respondebitur non accidit hoc ex parte scitie. quia omnis ars et omnis sciencia bonum uidet appetere. ut dicit philosophus **primo ethicorum in principio** **Sed** ista ualicia accidit ex parte sensus. **Idem** idem est appetitus contrarium. et ideo si appetitus fuerit rectus appetit bonum. si non rectus appetit malum. **Deo** sciencia sit ad bonum appetit est ad bonum. **Sed** quod dolendum est. modo accidit contrarium. **Unde** sapientes

Sermo I.

et eruditi qui deberent esse vtuosi nunc maxime sunt imperfecti. auari. superbi. falsi. et iniusti. et multum peiores vulgaribus. quia ut dicit Aristoteles primo politico. Homo eruditus habet arma scientiam et prudentiam. Scit enim quomodo malum fieri possit et nouit vias pessimas possibili. Et ideo dicitur in vulgare quod eruditifaciunt totum populum errare a via domini per suam malam vitam. et ideo non credunt eis quicquid dicunt. quia eos vident facere opposita doctrine sue. Unde de talibus dici possit illud psalmi. **U**t illos tenebre et lubricum et angelus domini persequens eos. **S**ecundo dicit. Ego suus veritas sine dolo. In signum huius dixerunt iudei. **N**is sagister scimus quia verax es et iam deum veritate doces.

D Sed timendum est multi viam istam non sequuntur sed dolos et fraudes et cautelas ad decipiendum populum per falsa iuramenta. et

per falsas mentiras in emendo et vendendo. **C**ontra quod loquitur dominus **L**euitici. xix. dicens. **N**olite facere iniquum aliquid in iudicio. in regula. in pondere. in mensura etc. **I**n hac auctoritate notantur omnia genera mensurarum vendentium et ementium. unde regula mensurat pannus. pondere metalla et species. mensura liquabilia ut vinum et oleum. et statera moneta et aromata. modio mensurantur arida. ut bladium. **E**t ideo dicitur **B**euteronomii. xv. **N**on habebis in sacculo diuersa pondera maius et minus. nec erit in domo tua modi maior et minor. **I**tem per falsa iuramenta veritates reliquunt et sequuntur falsitate. **E**t ideo in duobus versibus sequuntur casus in quibus iuramentum est prohibitum

Si male iurandi species si cura nocendi

Idem primas **F**ato per **I**donea nonficato

Sermo .I.

Intellectus horum versuum est iste. Prima littera huius dictionis Facto est S. per hanc litteram intelligo falsam iurationem. per ultimam litteram o. intelligo scilicet optate iurare que secundo prohibent. Istis duabus litteris addas omnes litteras huius dictionis scilicet I. d. o. n. e. Unde per I. intelligo irreverenter iurare. per D. dolose iurare. per O. ociose iurare. Unde Exod. xx. et Deut. v. Non assumes nomen dei tui in vanum. per I. negligenter iurare. per E. erronee iurare. per A. assuete iurare. Unde Ecc. xxij. Juramentum non assuescat os tuum. Istis septem modis iurantes via veritatis non sequuntur et ideo christum qui est veritas non sequuntur sed vilipendunt. Tertio christus dixit. Ego sum vita sine morte. Unde ipsemet dicit. Ego sum resurrectio et vita. qui credit in me etiam si mortuus fuerit vivet. Sed charissimi timendum est quod non obstate quod si vera vita et om-

nes qui eum sequuntur per veram fidem ducit ad vitam. **Id**

Ultamen multum non credunt eum qui dabit vitam veram omnibus sequentibus eum. **Id** vera fides est recta via que ducit ad celum. Unde scribitur iii. Esdr. vij. quod angelus domini docuit Esdras prophetam. Est enim inquit civitas edificata et posita in loco campestri. plena omnium bonorum. Introitus eius angustus et ad illum transit semita vestigium unius hominis capiens tantum. **Id** Moraliter per hanc civitatem intelligo celum. ad quod ducit una semita in solum capit vestigium hominis. que est fides. sine qua nullo potest celum attingere. et per viam istam nullo potest ire nisi homo. quia inter omnes creature homo ordinatus est ad deum et eum sequi per fidem. quia pro statu illo nullo potest habere cognitionem de deo nisi per fidem. Et ideo sicut apostolus ad Hebr. xj. Credere ei oportet accedentes

Sermo .II.

ad deū. et ideo sic credamus
in deū; q̄ nos remunerabit
vita eterna debem⁹ omnia
mala fugere et deum sequi.
Hoc bene figuratum fuit
Beutero. xi. et Josue p̄mo.
ubi habet quō dominus re-
muneravit Josue et q̄ cum
illo erāt. quia credebāt q̄ p̄
ipsum intraturi essent terrā
promissionis. et ideo dixit il-
lis Omnē locū quem calca-
uerit vestigiū pedis vestri
vobis tradam. eo q̄ secuti
estis me. **N**ōdo cōsimi-
li qui chastiū sequunt p̄ ve-
rā fidem et humilitatem et
ceteras virtutes vitam eter-
nam possidebunt. **Ma. xix**
Vos q̄ reliquistis omnia et
secuti estis me centuplū ac-
cipietis. et vitam eternā pos-
sidebitis. Quā nobis cōce-
dat qui sine fine vivit et re-
gnat p̄ omnia secula seculo-
rum Amen.

Sermo II Humiliat

b Karissimi dicite

19
atus Hieronimus in epi-
stola sua ad Paulinum q̄
predicator verbi dei humi-
liter premittere debet oratio-
nem. Quia sicut miles pu-
gnaturus cū hostib⁹ est in-
habilis ad victoriā sine ar-
mata et dei adiutorio. Sic
nec predicator q̄ habet pu-
gnare contra vitia et vitam
maloz reprobare nō potest
habere victoriā sine humili
oratione quā de⁹ exaudiat
p̄missam. Juxta illud Jus-
tini. ix. Humiliū et mansue-
torū semper tibi placuit de-
cano. Et non mirum cum
oratio humilis penetrat ce-
lū et aures dei aperiat. Un-
de Ecclesiastici. xxxv. Ora-
tio humiliantis se penetra t nu-
bes. Et ideo in p̄ncipio hu-
ius sermonis humiliter et de-
uote orandū est. **I**ter nos-
ter et **M**aria. **I**ter opo-
cessu sermonis est breuiter
aduertendum q̄ duplex est
humilitas. videlicet ficta et
vera. **A** **I**terū est vi-
tuperabilis. quia dicit hu-

b

Sermo .II.

militas vulpina. Scitis q̄
vulpes aliquando preten-
dit mansuetudines et humi-
litate[m] in vultu et in gestu
et tamen interius est valde
dolosus et plenus cautelis
et nociuum animal valde.
sicut ostenditur per ei⁹ con-
ditiones quādo habet opor-
tunitatem nocendi. Sic isti
ypocrite habent vultum et
gestum exterius humilem.
vt appareant hominib⁹ mā-
sueti. interius tamen sunt
pleni inuidia et dolositate
atq; fallacijs. De qua hu-
militate loquitur Sapiēs
Ecclesiastici. xix. Est qui se
nequiter humiliat et inte-
riora eius sunt plena dolo.
Talis fuit ille Symon ma-
gus de quo habetur Actu-
um. viij. qui simulauit se eē
simplicem et sanctum in tā-
tum q̄ fecte fuit baptisatus
a beato Iphilyppo. et popu-
lus credebatur illum esse san-
ctum qui tñ fuit fictus et fal-
sus. Cum vidisset autē Sy-
mon quia p̄ impositiones

manus ap̄toꝝ daret sp̄ri-
tus sanctus obtulit eis pe-
cuniam dicens. Date et mi-
hi hanc potestātē. zc. Petrus
autem dixit ad eum. Non
est tibi pars neq; sortis in ser-
mone isto. Idem tētiā ita
q; age. zc. De talibus ypo-
critis loquitur Ber. humi-
les volunt ypocrite esse sine
despectu. pauperes sine de-
fectu. alij aduantes. alij
inuidentes. alij detra-
hentes. falsi accusatores cri-
minum. dolosi vt vulpes
interius. humiles vt oues
exterius. Hec ille. Hec au-
tem humilitas mala et ficta
fugienda est. B. Alia
humilitas vera. et illa vo-
catur humilitas columbi-
na. et hec est humilitas lau-
dabilis et imitanda ad quā
quidem humilitatem mo-
uent nos tria. scilicet cog-
nitio proprie fragilitatis et mi-
serie. timor diuine potesta-
tis et iusticie. et merces fut-
ure felicitatis et leticie. Hec
tria ponuntur a Basilio in

Sermo .II.

suo exameron. **P**rimo ergo et principaliter dico quod habendum humilitatem quae exaltatus docuit et exemplificauit in actu debet nos mouere cognitio propria fragilitatis. Dicit enim Innocentius in libro de miseria conditionis humane quod homo debet considerare suae conditionis ingressum lacrimabilem. suae conuersationis progressum culpabilem. et suae dissolutionis egressum horribiles. Consideret quod solo de quo factus est. quid sit et quid futurus sit. Dicit enim Genes. primo. quod deus formauit homines de limo terre. quae ceteris elementis est indignior et infima. Nam planetas et stellas fecit de igne. flatus et ventos de aere. pisces et aues de aqua. homines et iumenta de terra. Si ergo homo consideret omnia ista. et se factum de infimo elemento. magnam materiam humilitatis habebit. Et ideo dicit Bern:

ardus in suis meditationibus. primo querens quod est homo. aut quid gloria eius et ostendit quod est esca vermium et saccus cinerum. Unde poeta dicit.

Post hominem vermis
post vermē fetor et horror.

Sic in non hominem vertitur omnis homo.

Item considera in vita tua quid sis a pede vsque ad verticem interius et exterius. et videbis quae causam habebis superbie. Cum enim omnes arbores produciunt fructus flores vinum et oleum. Tu vero producis de tuo corpore omne generum turpitudinis et miserie. Si enim inquit Bernardus intime consideres quid per os. quid per nares. et quid per ceteros corporis meatus egreditur. vilius sterquilinis nunquam videri disti. Quid enim est tota pulchritudo corporis quae foris splendet nisi quoddam velamentum turpitudinis quod pro pudore turpe est

Sermo .II.

nominare. Item confide-
ta quid futur⁹ es post mor-
rem quia corpus tuū quod
i vita tua fuit amabile post
mortem erit abominabile
et odiosum. Unde sicut cā-
dele dum ardent lumen mi-
nistrant et confortant circū-
stantes. et quādo extingui-
tur fetent. sic est de corpore
humano. quia dum vixerit
multos confortabit. p⁹ mor-
tem vero omnibus amicis
suis feridum et abboimua-
bile erit poeta sic dicente.

Ulor est humana caro
q̄z pellis ouina.

Cum moritur ouis ali-
quid valet ista ruina.

Et hinc inquit Augustin⁹
de vera innocentia. Respi-
ce te ipm quia mortalis es.
et vide vbi sūt imperatores
et tyranni. nonne omēs pul-
uis sunt et cinis. vide eorūz
sepulcra et non cognosces
quis fuit. dives. quis pau-
per. quis pulcer. quis diffor-
mis. Ademorare ista ne su-
perbias. et si in ame de istis

cogites verā in humilitatez
possidebis. quia vt dicit Gre-
gorius. Custos humilita-
tis est recordatio proprie fe-
ditatis. Isto modo p̄doete
pingebant imaginē pulcrā
similem virgini habentem
in manu clauem et sub pes-
dibus eius scalam quattu-
or baculos habentem in al-
titudine. In primo scribe-
batur meditare. In secun-
do contristare. In tertio re-
uelare. Et in quarto perseue-
rare. p̄dumo ergo medita-
re si veram humilitatem cu-
pis habere cōsiderando qd
fecisti siue bonum siue ma-
lum. quid es videlicet bestia
mortalis et miserabilis. iux-
ta illud meriti.

Cum fer cum limus. cū
res vilissima sim⁹.

Unde superbim⁹ ad ter-
ram terra redim⁹.

Et vnde venisti de ventre
scilicet maris tue concept⁹
et natus in originali pecca-
to. Secundo contristare pro
penis quas meruisti. ⁊ pro

Sermo .II.

gaudijs que perdidisti. Tercio reuela integre pctā tua que commisisti .per humiliem confessionem. Et quanto persevera in bono .non reciduiando iterando peccata tua preterita. **E**

Hec imago humilitatis habuit in manu clauem in signum quod ostium celi aperiat. et claudat portas inferni. et ideo qui sic vult intrare ostium si sit altius ultra mensuram ostij oportet se metipsum humiliare. Exemplum in natura de aue. Auis enim quando primo incipit accipere volatuz suum prius ad terram corpore humiliat. et sic semper ascendit. Unde Augustinus loquens de christo sic inquit. Hic scilicet christus est ianua humilis. quia qui per hanc ianuam vult intrare oportet ad christum per humilitatem se inclinare. Unde de christo tripliciter se humiliavit. Primo suo superiori scilicet suo patri celesti

B Unde quāuis pater in diuinis et christus sint equales. tamen christus in quantum assumpsit naturam humanam fuit minor patre. Et ideo dicit in euangelio. Pater maior me est. Et illo modo humiliavit se ipsum ad voluntatem patris. ut daret nobis exempluz humilitatis quo ad nostros superiores. et hoc est quod dicit apostolus. i. Idetti. ij. Subiecti estote omni humane creature propter deum sive regi quasi precellenti. siue ducibus tanquam a deo missis. Et dicit Ber. in libro de dispensatione et precepto. humilitas que maioribus debetur deo exhibetur. et ideo quicquid vice dei precipit homo quod scit certe non displicere deo accipiendus est. ac si deo precipiat. beccille. Secundo humiliavit se christus suo equali videlicet spiritu sancto. ideo conformiter nos debemus humiliare nos illis qui sunt equales

b 3

Sermo II.

les nobis. Videmus quare
bor quanto magis habun-
dat fructibus tanto magis
versus terram ramos suos
os inclinat. Adhuc consi-
mili quanto magis quis ba-
būdat virtutibus tanto magis
humiliare se debet. Et ideo
dicitur Ecclesiastici tertio.
Quanto maior es humi-
lia te in omnibus. et coram
deo inuenies gratiam. Unde
in summo honore debes su-
ma humilitas exaltari. Et
ideo dicit ysidorus in libro
de summo bono. Sicut io-
hānes fuit precursor domi-
ni omnes trahens ad eum.
ita humilitas est precursor
caritatis et reliquarum vir-
tutum. Humilia enim respicit
dominus et attollit. alta
id est. superba cognoscit ut
deiciat. Humilitas secundum Au-
gustinum est voluntaria me-
tis inclinatio. Nam secundum
eundem Augustinum. Ser-
uum dei voluntarium hec
tria delectant semper. vide-
licet subesse. seruire. et obedi-

re. et his contraria grauant
videlicet preesse dominari et
iubere. et per hoc potest quis
probare si seruus dei sit an
non. Hec Augustinus.

Tertio christus humi-
liauit se inferiori se. scilicet bo-
mini Marie scilicet et Ioseph
ut haberetur Luce. ij. Item
christus humiliauit se infe-
riori suo. quando voluit ba-
ptisari a Iohanne in Ior-
danis flumine. ut haberetur
Matth. iij. et tunc dixit Sic
debet nos adimplere omnem
iusticiam. id est. humilitatem
Unde contentio erat inter
discipulos Iesu quis eorum
videretur esse maior. et Ie-
sus aduocans paruulum
vnum statuit eum in medio
discipulorum suorum et dixit.
Quicumque humiliauerit se
sicut paruulus iste. maior
est in regno celorum. Mat-
th. xvij. Quia ergo prius
nos in forma uis dicentes Be-
scite a me. quia mitis sum et
humilis corde. Matth. xj.
debemus et nos humiliari.

no
to ma / o / z
h / u / m / i / l / i / a
t / u / l / i / a . T
s h / e / r / u / s
p / u / r / a / u / u / m
r / e / l / i / g / i / o / s / u / m

Sermo .II.

bis qui supra nos sunt .et
bis qui nobis sunt equales
et his qui sunt nobis inferi
ores . Unde in hac triplici
humilitate omnes virtutes
fundantur et per ipsam cō
seruantur . Unde Gregori
us . *Domine quod agitur pe
rit si non cum humilitate
custodiatur . Et iterum ait
Gregorius . Qui ceteras
virtutes sine humilitate cō
gregat quasi puluerem in
vento portat . Unde null⁹
est perfecte virtuos⁹ nisi re
putet se imperfectum . et hoc
est signum maxime humili
tatis . Quia dicit . humilitas
est virtus qua homo veris
sima sui cognitione sibip̄si
vilescit . Et Unde ex hu
militate procedit q̄ homo
refutat et fugit honores et
appet ab omnibus despici
Et idō dicit *Ber. verus hu
milis vernis vult reputa
ri et non humilis predicari
sed gaudet se contemni . Ad
quod habetur exemplum .
.ij. Regum . vj. de David**

qui saltauit coram archa
domini in conspectu toti⁹
populi . et ideo Michol fi
lia Saul desperit eum du
cens . *Tu es rex gloriosus
in Israhel . et tu saltas nu
dus quasi vnus ex scurris
tuis . Cui dixit David . Lu
dam et vilior fiam et humi
lis ero in conspectu meo .
Et narrat Gregorius i pri
mo dyalogorum q̄ erat vir
quidam Constantius no
mine valde sanctus . quem
alius vir audita eius sancti
tate desiderauit vide . Quē
cum vidisset pro nibilo esti
mabat eum habere . quia
erat i statura pusillus . Cui
dixit Constantius . *Tu ves
re habes oculos apertos i
me . et ideo magnas gratias
sibi egit . Sciendum est enī
q̄ sicut superbus gaudet in
adulationibus . sic vern⁹
humilis in despectibus . Et
ideo dicit Gregorius in li
bro . iij. moralium . quanto
homo est in p̄spectu hoīm
vilior . tanto in cōspectu dei**

Sermo .II.

est preciosior. Ex quib⁹ patet q̄ cognitio proprie fragilitatis mouet hominem ad veram humilitatem. **S**

Sed karissimi timendum est q̄ vana gloria diuinarum gratiarum seu virtutum hanc ip̄am humilitatem destruit et confundit. Contra quam loquit̄ propheta Hieremie. ix. **N**ō gloriatur sapiens in sapientia sua. nec diues in diuitijs suis. nec fortis in fortitudine sua. quia non proderunt in die vltionis. Unde hec vana gloria deficiat creaturaz. et contemnit deum. q̄ quādo homo defactis proprijs gloriatur. putat se habere ea de seipso. cum tamen a se ip̄o nihil habeat. **I**n Ber. Inter omnia animalia homo pauperior nascit̄. **N**az mutiatur lanam de ouib⁹ lincum pannum. cibū. potum. et huiusmodi de terra. corum de animalibus. sericum de vermibus. varios colores a vermibus. **U**nde

apostolus. i. **E**borin: β. iiii. **Q**uid habes quod non accepisti. si autē accepisti q̄d gloriaris quasi non accepisti. **I**sta vana gloria percussus fuit nabuchodonosor rex qui iactando dixit. **N**ōne hec est Babilon ciuitas magna quaz edificauit nobis mini meo. **D**e tali elato dicit **Ber.** p̄m⁹ i p̄uētū residet in cōsilijs. vocatus non respondet. non vocatus accedit. **D** omnibus se intromittit. ordinata reo. ordinat. et q̄c q̄d ille n̄ fecerit. aut nō recte factum aut non plene ordinatum existimat. **D**icit enī non sum sicut ceteri hominum. **H**ec ille. **E**rgo karissimi relationem et vanam gloriam fugite. humilitates sectamini que est virtutum omnium fundamentum.

Secundo et principaliter dixi. q̄ timor diuine potestatis et iusticie mouere nos debet ad humilitatem.

S **U**nde apostolus. i. **P**etri. v. **I**humiliamini

sub potētū manu dei vt nos exaltet in die visitatōis. In de si fuerimus elati p̄ superbiam. deus cum gladio sue potentie nos destruet. Exemplum huius de Nabuchodonosor rege cuius cor per superbiam intantum fuit eleuatum q̄ credebatur se solū esse deum. et tandem de suo regno per diuinam potentiam eiectus fuit. et cū brutis animalibus verbas commedit. vt habetur Danie. iij. Consimile habemus d̄ Antiocho superbo qui intantum fuit eleuatus in superbiam q̄ omnes nationes per girum voluit sibi subiugare. ac etiam templum dei spoliavit et destruxit. q̄ tandem cadēs de curru suo venter eius ruptus fuit. ita vt vermes inde scaturirent. et pro putredine et fetore nullus de eius familia eum tāgere auderet. et sic tandē miserabiliter interijt. vt patet 2. Macha. ix. Exemplum etiam habetur Hester pu-

mo de Castibi regina. q̄ propter inobedientiaz et superbiam noluit obedire preceptis regis. Illucri fuit eiecta. et propter humilitatem Hester in reginam fuit eleuata. Itē habetur Hester vj. q̄ Aman propter suam superbiam. quia concupiuit honores et reuerentias pre ceteris qui fuerunt de familia regis suspensus fuit. et Mardocheus propter suam humilitatem ad honores fuit eleuatus. Ex quibus historijs patet illi qui per superbiam eleuantur. per diuinam potentiam humiliantur. Et ideo dicitur Luce. xiiij. Qui se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur. Hinc etiam scribitur Luce. i. Deposuit potentes de sede et exaltauit humiles. Hinc etiam Christus in euāgelio Luce. xiiij. docuit bonam curiositatem dicens. Cum inuitatus fueris ad nuptias non discubas in primo loco. ne forte

Sermo II

honoratioꝝ te sit inuitatus ab illo. et veniens is qui te et illum vocauit. dicat tibi. Da huic locum. et tunc incipias cum rubore nouissimuz locum tenere. Sed cum vocatus fueris vade recumbe in nouissimo loco. vt cum venerit qui te inuitauit. dicat tibi. Amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibꝰ.

Adoraliter in principio mundi angeli fuerunt inuitati ad conuiuium gaudij celestis. Sed lucifer et sibi adherentes discumbere voluerunt in principaliori loco nimium se exaltando cũ dixerunt. **Id** In celum ascendam. super altitatem celi exaltabo solium meum sedebo in monte testamenti. in lateribus aquilonis. ascendam super altitudinem nubium. et similis ero altissimo. Veruntamen in infernum detraberis. in profundum lacu **Ysaie. xiiij.** Et in nouissimum locum in

ferni fuit deiectus cum sibi adherentibus. Nam sicut **sm** doctores homo fuit factus vt supleret numeruz angelozum cadentium. sed recumbere voluerunt in primo loco. quia voluerunt esse sicut dii sciētes bonum et malum **Genes. iij.** et ideo cum rubore deieci fuerunt extra paradysum. et post mortem profundius ad infernum. Unde dicit **Ysidorꝰ** de summo bono. Omnis superbus tanto profundius labitur quanto superius eleuatur Et ideo dicit apostolꝰ **Iacob. iij.** Deus superbis resistit. humilibus autē dat gratiam. Hanc gratiaz habuit beata virgo **Maria** ppter suam humilitatē. quia quāuis pre ceteris multo habuit priuilegia virtutuz in propria tamen reputauit onē humilis fuit et abiecta. Et hoc ostēdit quando angelus salutauit illam dicēs **Ecce gratia plena dominꝰ tecum.** quāuis enim mox

Sermo II

futura esset mater dei et regina celi. humiliter se ancillam dñi noiauit dicens Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum. Ideo de illa dicit Bernardus Dus super Adissus est. Si ne humilitate. audeo dicere q̄ virginitas marie nunq̄ placuisset deo. Si ergo maria humilis non fuisset spiritus sanctus super illā non descendisset. nec illam impregnasset. et si placuit deo ex virginitate. concepit tamē filium ex humilitate. Unde Anselmus sermone. xxxiiij. de assumptione. Humilitas inquit marie facta fuit scala celestis. per quam filius dei descendit in terram. Vere beata humilitas que deum hominibus peperit. vitam mortalibus prebuit. mundum purificauit. celū aperuit et animas primoz parentum ab inferis liberauit. Hec ille. **S**ed karissimi tumendum est q̄ multi qui in tribulatione et

paupertate sunt satis humiles cum sint ad honores eleuati sunt nimis elati et superbi. **De** quorum numero fuit ille **Saul**. de quo habetur. i. Regum. ix. qui anteq̄ vnctus esset in regem summam humilitatē ostēdit dicens samuēli. **Idē** q̄d non filius gemini ego sum de minima tribu **Israel**. et cognatio mea minima inter omnes familias de tribu **beniamin**. Quare ergo locutus es mihi sermonem istum. **Assumens** itaq̄ **Sa-** **muel** **Saulem** et puerum eius introduxit eos in triclinium. et dedit eis locum in capite eorum qui fuerant in uitate. **zē**. Cūq̄ mane surrexissent et iam dies lucefceret vocauit **Samuel** **Saulem** et tulit lenticulam olei et effudit super caput eius. et vnxit cum in regem. sed postq̄ electus fuit in rege statim in tantam superbiā eleuatus est q̄ non cognouit deū suū nec semetipsum.

Sermo .II.

Et ideo de regno fuit miserabiliter decessus. **A** modo consimili est de multis. cum fuerint pauperes satis humiles sunt. sed si contingat eos leuari ad honores statim sunt superbissimi. et iactant se de magna parentela fuisse progenitos. **B**e qui bus loquitur **C**risostomus super **M**attheum in opere imperfecto. omelia tertia dicens. **Q**uid proderit que sordidant mores generatio gloriosa. **A**ut quid nocet ei pauper generatio que mores adornant. **I**pse se uacuum humilitate ostendit. qui de magna iactat parentela. **Q**uid enim profuit **E**athan quod fuit filius **A**dæ quondam innocens. qui propter suos malos mores separatus fuit de filiis suis. **A**ut quid nocuit **A**bram qui habuit patrem cultorem deorum plurimorum. **D**ico quod nihil. quia **A**bram fuit uocatus postea pater sanctorum. **D**icit **A**ristoteles

primo methedorum quod sol per suam virtutem eleuat vapores a terra. et ibi per calorem solis et elementum ignis inflammantur. et fiunt lucide tanquam stelle. tamen cum sint naturaliter ponderosi non possunt ibi remanere. sed in nocte ad terram cadunt. et tunc vulgares dicunt stellas cadere a firmamento. cum tamen in rei ueritate non sint stelle. sed cadentes assub.

Moraliter per istos vapores sic eleuatos intelligo homines terrestres ad honores et dignitates eleuati per fortunam mundi. tunc splendent per magnam familiam. per ornamenta preciosa. sed cum sint mortales homines. tandem descendunt de honoribus et moriuntur et sepelientur. **V**ani igitur sunt superbi de terrenis transitorij. quod dicit psalmista. **C**lidipsum exaltatum et eleuatum iucedros libani. **E**t transiit et ecce non erat. quæsum eum. et non est inuentus locus eius.

*uol
na de
thum*

Sermo .II.

hoc est in libro vite. Ex quibus sequitur quod potestas di quam nullus potest fugere mouere nos debet ad humilitatem habendam et superbiam euitandam. **It**

Tertio principaliter dixi quod merces future felicitatis mouere nos debet ad humilitatem. Dicit enim Aristoteles in de celo et mundo quod corpora superiora sunt meliora et nobiliora quam corpora inferiora. Et exemplificauit de sole et luna et ceteris planetis que sunt meliores et virtuosiores ceteris corporibus terrestribus quia figuntur in celo. Adoraliter sola virtus humilitatis hominem eleuat a terra ut collocetur in celo. Unde in libro de modo viuendi capitulo ij. per miserabilem superbiam angelorum spiritus immortales de celo cadebant. Et per humilitatem dei fragilitas humana ascendit de terra ad celum. Hec ille Erubescat ergo homo esse superbus. si deus qui

erat causa salutis humilis erat. Tanto enim quisque exaltabitur in gloria quanto se humiliauerit in terra. In cuius signum dixit Christus. **M**arci. x. et **M**atthei. xix. Sinite paruulos venire ad me. talium enim est regnum celorum. Unde Augustinus de verbis domini sermone. xxxix. Si vos capere celsitudinem glorie celestis cape humilitatem hic in terris. Et declarat hoc ibidem per duo exempla. **A**ttende inquit aurorem. prius figit radicem in terra deorsum et postea crescit et exaltat ramos suos versus celum. Aliud ponit exemplum de arce. qui inquit edificare vult turrum vel castrum ut firmiter stet in futurum. primo ponit fundamentum et postea edificat in altum. **U**nde **M**attheo. **U**nde consumili qui desiderat venire ad celum. oportet ut prius fundet se super humilitatem. et tunc superius ascendet. Unde vera humilitas

Sermo II

palme comparatur. que se-
cundum Bartholomeum
in libro de proprietatib⁹ re-
rum. per descensum inferi-
us crescit. quia radices ei⁹
profunde situantur. et ideo
post cedru⁹ est altissima ar-
borum & nullo pondere fru-
ctuum curuatur. sed semp
custodit ramos rectos & vi-
rides. Adodo consimili est
de humilitate. quia verus
humilis semp situatur i lo-
co humili in reputatōe pro-
pria. et ideo crescit ad celuz
per virtutes et semper habz
patientiam in tribulatione
et angustia. et non deprimi-
tur per impatiētiā vel mur-
murationem. sed semper vi-
rescit per veram caritatem.
Ista palma hūilitatis dul-
cissimos portat fruct⁹ Ipsi-
mus est sapientia que non
habitat nisi in corde humili
Sapientie p^o. In ma-
liuolam animā non introi-
bit sapientia nec habitabit
i corpore subdito peccatis.
Et Psate. lxxvj. Ad quem re-

spicias nisi ad pauperculū
et conuictū spiritu. & tremen-
tem sm ones meos. Secun-
dus fruct⁹ est gratia Ecce-
siastici. iij. Quanto maior
es humilia te in omnibus &
corā domino inuenies gra-
tiam. Tertius fructus est
honor & reuerentia Job. v.
Qui ponit humiles i sub-
limi. & merentes erigit i suspi-
tate. Et Luce p^o. Depos-
uit potentes de sede et exal-
tauit humiles. Quart⁹ fru-
ctus est diuturnitas vite ce-
lestis. Math. v. Beati pau-
peres spiritu quia ipsorum
est regnum celoz. Sed
karissimi timendum est qd
multi non habent spirituz
humilitatis sed superbie. q
cum a fratribus suis redar-
guuntur statim intumescunt
per superbiam. tūc pugnat
tunc trantur. tunc maledi-
cunt. tunc detrahunt. et pec-
cata sua defendunt. Talis
fuit ille Iddarao que Ado-
yles et Elarō reprehēderūt
de sua incredulitate et mo-

Sermo II

nuerit vt dimitteret popu-
lum Israel sacrificare deo
in deserto. Quibus proter-
ue et superberespondit. Quis
est dominus. vt audias vo-
cem eius et dimittā Israel.
Nescio dominū. et israel nō
dimittam. Dixeruntqz de-
us hebreorum vocauit nos
vt eamus viam trium diez
in solitudinem et sacrifices-
mus domino deo nostro.
ne forte accidat nobis pe-
stis aut gladius. vt habetur
Exodi. v. Et ideo dyabolus
facit euz superbis sicut pue-
ri faciunt cum miluis et cor-
uis. postqz ceperūt excecāt.
et permittunt illos in altis
volare. qui tandem tam al-
te volant q̄ iterū ad terram
cadunt et colla sua frangūt
Modo consimili facit dya-
bolus cum superbis. Ad
Excecat enim in eis oca-
los rationis in tantū q̄ nō
vident dei beneficia nec co-
gnoscunt seipsos. et ideo ni-
mis alte volant et tandē cor-
ruūt ad infernum. Et ideo

dicitur Elmos. v. Bonus
israel cecidit. et non adiciet
vt resurgat. Sic suo modo
de superbo dici potest illud
Hieremiel. I. Cadet superbus
et corruet. et non erit qui su-
scitet eum. Ergo karissimi
cauendum est a peccato su-
perbie. quia virtutes et bo-
na destruit et confudit. Ex-
emplum habetur i natura.
Dicit Aristoteles in p̄mo
metheororū. q̄ terremotus
prouenit ex vento incluso i
venis terre. et quando acci-
dit cāpanilia et magna edi-
ficia corruūt. Consimiliter
est de supbia q̄ est ventus spi-
ritus maligni indusus in cor-
de hūano. sed q̄ ipse ventus
erūpit tūc corruūt hūilitas
et caritas et cetera vtutes. ex
quib⁹ fuit edificia celū atti-
gentia. Et ideo debem⁹ sup-
biam deserere et hūilitatem
habere q̄ nos ad celestia du-
cit et exaltat. Job. xxi. Qui
humiliatus fuerit erit in gloria.
Ad quam nos perducatur q̄
sine fine. ꝛc.

*qui erūpit
et corruūt*

Sermo .III.

Sermo III

Dominus

D Inuenio in sacra
scriptura. i. Regū
vi. q. quando populus do
mini circumuallat⁹ erat a
Iherosolimitis clamauit ad sa
muelē ut ipse oraret deus
pro saluatione populi q̄ ora
uit. et populus domini fuit
saluatus de manu inimico
rum suorum. Iherosolimites
nos qui sumus in hac vita
cum inimicis vallati. et im
potētes sumus ad resisten
dum illis ex proprijs virib⁹
nostris. necessario igit⁹ ha
bemus implorare diuinaz
potentiam. cui nullus po
test resistere. Et ideo dicitur
Iob. xiiij. Magnus es
domine. tu enim flagellas
saluas et non est qui effugi
et manū tuā. et ideo est oran
dus. **A** Iherosolimites processu
sermonis est aduertendum
sicut in Iherosolimitis. iij. Iherosolimites
cor. q. cuiuslibet domino tem
porali q̄ habet alios guber

natretia conueniunt. vide
licet. potentia ad resistendū
inimicis qui sūt extra. Sa
pientia ad gubernandū po
pulum qui est infra eū. Et
clementia ad remittendum
eis qui sunt cōtra eum. Cū
ergo dñs noster ih̄s ch̄rist⁹
sit verus dominus noster.
Et hoc tripliciter: videlicet
ratione creationis Psal. xlv.
Ego dñs et non est alter. for
mans lucem. et creans tene
bras. Secūdo ratione redē
ptionis Psal. xliij. et Iherosolimites. i.
Redēptor noster dominus
exercitū est. Et tercio ratio
ne retributionis in ps. Re
tribuet mihi dñs sicut iusticiā
meā. Restat igitur q̄ sit po
tentissimus et ideo amēdus
est. sapiētissimus et ideo ē bo
norandus. clementissimus
et ideo est diligendus. Iherosolimites
mo et p̄ncipaliter dico q̄ do
minus noster ih̄s xp̄s ē po
tentissim⁹ et ideo ē timend⁹
unde eius potētia est inesti
mabilis. quia nullus potest
eam fugere. Nam sicut in psal.

27
Sermo. III.

dominabit a mari vsqz ad mare. et a flumine vsqz ad terminos orbis terrarum. Sed potestas aliorum dominorum siue tyrannorum e cuius tabilis. quia illam possunt aliqui effugere. et ideo dicit xps discipulis suis. Si plebs cui vos fuerint i vna ciuitate fugite in alia. Math. x. Secundo potestas diuina e insuperabilis. qz ipse solus est omnipotens. et ideo dicit Ero. di. xv. Dns omnipotens nomen ei. Ipse est magnus solus potens. Cui concordat scriptura Apoca. xix. Rex regum et dominus dominantium

B In hac auctoritate nota qd dicit scriptura dominus dominantium. et causa e quia conditiones habet xps p ditionibus aliorum dominorum p trarias. Unde quilibet dominus temporalis habet alium superiorem quem timet offendere. secundo habet inferiores quorum seruitio indiget. et ideo non sunt veri domini. quia huiusmodi domi-

natio habet originem ex culpa

In cuius signum Adam quando fuit primo creatus non fuerit factus dominus omnium. sed animalium irrationabilium. unde sibi et successoribus suis dixit deus. Dominamini piscibus maris volucribus celi. et bestiis terre Genes. i. Unde post statum innocentie et postquam peccauit Adama homines fuerunt tam prouisi ad malum quam necessario oportebat eos regitari sub dominio. vt per illum iniquitas mitigaretur. qui cum sic aliorum dominantem verum dicitur serui quibus dominus. In comenium in quodam sermone. Et tunc dant inquit qui in terra dominantem dominum de suo superbiunt dominio et exaltant quoniam vere sunt serui et qui am false dicunt dominum. Nam secundum sententiam Augustini. Illa e vera dominatio que non est utilis domino sed seruo. et que non indiget seruorum seruitute. sed seruus indiget sua dominatione. Ideo secundum Augustinum. So

Sermo .III

lus deus est dominus. quia non ad suam utilitatem sed ad nostram salutem illi serviumus. In cuius signum dicitur **Psal.** Dixi domino deus meus tu. quonia bonum me non egesset.

Tertio quilibet temporalis dominus habet sapientes quorum consilio et discretione regulatur. Unde consilium quod debet dari a sapientibus dominis temporalibus debet habere tres conditiones. videlicet quod sit utile. honestum. et iustum. Et si consilium sit utile et non iustum. dominus temporalis non debet regulari tali consilio. Unde narrat valerius in libro .vi. c. v. ad Tribonius impatorum de quodam duce Atheniensium. qui erat strenuus bellator et prudens. sed percipuit habere dominum peritum grecie. Iste dux intravit in civitatem Atheniensem. et dixit quod invenit bonam cautelam pro civitate ad habendum dominum grecie. sed percipuit unum sapientem sibi dari cuius consilio regulari et committere eum

ipso suo proposito et processu fuit ei unus sapiens nomine Aristides. Cui dixit dux quod nautes grecorum fuerunt omnes simul in una classe super mare. et voluit quod omnes bellatores Atheniensium subito per noctem illas cremarentur igne. et sic per hoc fierent domini maris. et leuiter postmodum obtinerent dominum grecie. Iste audito Aristides reversus est ad congregacionem sapientium. et dixit quod consilium istud ducis fuit utile. sed non iustum. et ideo nullo modo esset sic faciendum. **D**

Et ideo dicitur quod duo genera hominum nunquam dabit dominis temporalibus bonum consilium. videlicet impetuosi et accidiosi. Non impetuosi quia sanum consilium indiget bona deliberatione. Et ideo dicit Seneca in libro de quattuor virtutibus. Prudentis est examinare proprium consilium et non cito et de facili facere quod non iustum est. Unde taliter non procedit sa-

pientia. Secundo acci-
 diosi et negligentes non pre-
 uident ante tempus. et ideo
 non dabit bonum consilium.
 Et ideo dicit Seneca in li-
 de copia uerborum. Si pru-
 dens cupis in futurum esse
 que possunt contingere an-
 te tempus accipe. quia pru-
 dens non dicit non putauit
 fieri quia non dubitat. sed
 expectat provide quid facie-
 dum est. Domini igitur tem-
 porales indigent sano con-
 silio sapientium sine quo non
 possunt bene regulari. Quia
 totum domini temporales indi-
 gent auxilio bellatorum for-
 tum ad expugnandum bo-
 stes suos. In cuius signum
 Dauid elegit sibi triginta-
 sex bellatores optimos et for-
 tes. quorum auxilio et for-
 titudine fuit multo tempus sal-
 uatus. ut habetur. ij. Regum
 xxj. Ex quibus patet quod do-
 mini temporales ex omni
 parte sunt indigentes serui-
 tio suorum. et quanto ma-
 ior dominus tanto magis in-

digens. Sed dominus no-
 ster Iesus christus non ha-
 bet super eum superiorem.
 Ecclesiastici. xxiii. Nec ha-
 bet inferiorem cuius consi-
 lio sine seruitio indiget. cuius
 in ipso sunt omnes thesauri
 sapientie et scientie dei absco-
 diti. Nec indiget auxilijs for-
 tum cum sit omnipotens.
 Sequitur tunc quod ipse est uerus
 dominus cuius potestas est
 insuperabilis. Et ideo dicit
 Ihesus. xij. Domine deus
 in ditione tua cuncta sunt
 posita. et non est qui possit resi-
 stere uoluntati tue. E

Tertio eius potestas est in-
 terminabilis quia est eterna et
 non habet finem. In cuius si-
 gnum dicit Psalmus. Domini-
 regnabit in eternum et ultra.
 id est. si hoc esset possibile ul-
 terius regnare. Sed potestas hu-
 mana est terminabilis momen-
 tanea et breuis. Ecclesiasti-
 ci. x. Omnis potestas breuis
 uita. Et sequitur. Rex hodie
 et cras mouet. Cum ergo
 eius potestas sit inuincibilis

Sermo. III.

et interminabilis videt q̄ sit
verus dñs. et merito idō t̄
mēdus. ip̄omette testimoniū
p̄hibēte Job. xiiij. Vos vo-
catis me magister et dñe et
benedicitis. Sum etenī. Et
iste nobilis impator Octa-
vianus d̄ q̄ narrat Suetor-
nius in li. xij. cesarū. q̄ appel-
lari dñs vt maledictionem
et opprobrium semp̄ odiuit.
Unde cum quadaz die ad
quendā locū venisset totus
p̄p̄lus ip̄m laudauit dicens
q̄ fuit bonus dñs et iustus
et statim impator probi-
buit sub graui pena q̄ nul-
lus audeat illū decetero do-
minū appellare in signū q̄
nullus sit verus dñs nisi so-
lus deus. Et h̄ est q̄ d̄ d̄c̄ ps̄
Timeat dñm omnis terra
Unde dicit Aug. q̄ si crea-
tura fuit creatori vt ignis
ad cōburēdū. aqua ad sub-
mergendū. terra ad deglu-
tiendū. sicut fuit de Ba-
thau et Albiron. tu tamē de-
um timenon illa. q̄ omnia
sub ip̄o sunt. quoniā cupi-

ditatem habz homo nocen-
di ex seip̄o. potestatem aut̄
non nisi p̄missus a deo. In
cui⁹ signum xp̄us stans co-
ram iudice dixit. Non has-
beres in me potestatem nisi
tibi data fuisset desup̄ Ma-
th̄ei. xxvj. Unde dyabolus
non habuit potestatem no-
cendi Job. ij. et ideo creatu-
ras non debem⁹ timere sed
dñm. Et hoc est q̄ dixit xp̄s
Matth̄ei. x. Nolite timere
eos q̄ occidūt corp⁹. animā
autem nō possunt occidere
Unde dominum timere
debemus propter tria.

S Unum est. q̄nias
si quis dñm timeret habun-
dantiā bonoz temporalū
habebit quia nō carebit vi-
ctu nec vestitu nec aliq̄ sibi
necessario. imo nihil deest
timentib⁹ eum. in ps̄. Et di-
xit Tobias filio suo. Has-
bebis multa bona si timue-
ris deum. Secunda cau-
sa est. q̄ timor dñi habet ex-
cellentiā sup̄ omnes alias
virtutes ⁊ gr̄as a deo cōces-

las. Hic scribitur Ecclesia
 stici. xxij. Nihil melius q̄z
 timere deū Unde Ber. sup
 cantica. In veritate didici
 q̄ nihil est potēti⁹ ad grām
 habendā q̄z timor domini.
 Et hinc est q̄ dicit sapiens
 Ecclesiastici. xix. Omnis sa/
 pientia timor dei. Et timor
 dñi est custos virtutū. Ter
 tia causa est q̄ timor domi
 ni tollit omne peccatū mor
 tale et nō p̄mittit aliq̄d pec/
 catum quiescere in aia hūa
 na. Unde scribit Ecclesia/
 stici. j. Timor domini expel
 lit peccatū. quem textū pra/
 ctans Gregori⁹ in quadaz
 omelia dicit. Adens praua
 nisi p̄us p̄ timorē domini a
 malis p̄suetudinibus auer
 tat non corrigit nec emēda/
 tur nec ad cordis p̄ritōem
 p̄uenit Unde ubi non est ti
 mor dñi ubi est habundā/
 tia pctōz. ⁊ breuiter omniū
 maloz. videlz homicidij ad
 ulterij. ⁊c. Istud bene cōside
 rauit Abraham q̄n transi/
 hitū Sara vxore sua i ter

rā egypti. q̄n dixit vxori sue
 Hic q̄ soror mea es ne forte
 Egyptij interficiāt me pro
 pter te. Quaz videns Abi/
 melech rex egypti q̄ pulcra
 mulier esset nimis. accepit
 eam in domū suam Et ido
 dñs pcussit eum plaga ma
 gna. Underer aduocauit
 ad se Abraham ⁊ dixit. Qua/
 redixisti q̄ soror tua sit cum
 vxor tua sit ipsa. Cui respō/
 dit Abraham. Cogitavi in
 corde meo q̄ timor domini
 non erat in loco isto ⁊ inter
 ficiant me Egyptij p̄pter il
 laz. et ideo dixi q̄ soror mea
 erat Genes. vigesimo. Et q̄
 historia patet q̄ ubi non est
 timor domini ubi est habū/
 dantia peccatoz. Et ido cō
 sulit nobis scriptura Josue
 xxij. Timete dominum ⁊
 fuit illi corde p̄fecto. Quo
 nam qui habet timores do
 mini vitabit omnia mala.
 Figura huius habet Exo/
 di. j. de obstinacibus q̄ pro/
 pter timores domini peper/
 cerunt masculis hebreoz

Sermo .III

et occidere eos noluerunt.
Adodo p̄simili qui habet
timores dñi fugiūt peccata
mortalia ⁊ nō faciūt ea. q̄z
uis habuerint oportunitas
tem peccandi. Et ideo tales
sunt a dño benedicti. Juxta
illud psal. **B**ñs vir q̄ timet
dñm. **S**ed karissimi
timendū est q̄ dyabol⁹
solicitatur hūc timorē i no
bis destruere ⁊ diuersa pec
cata inducere. Unde re
fert hystoria in libro de vita
⁊ obitu Alexandri impato
ris q̄ qñ cepit bellare cōtra
Barū reges. Rex de eo in
dignat⁹ misit sibi tria dona
videlicet virgā pilā ⁊ aurū.
Misit sibi virgā in signū
q̄ fuit adhuc puer ⁊ indiguit
disciplina. Misit in signū
q̄ fuit adhuc magis aptus
ad ludendū cū pila q̄z bella
re. Et aurū misit sibi signū
q̄ fuit indigēs ⁊ pauper im
potens ad pugnandū p̄ra
eū. etiā ad cōmendatōz sue
habūdātie. Sed impator re
cepit illa tria munera et mi

lit regi dario dicēs. Virgā
inq̄t recipio i signū q̄ casti
gabo te et famlos tuos sub
iugabo dominio meo. Mi
lam recipio in signum q̄ ro
tūditas regni tui ⁊ toti⁹ mū
di sibiugabit imperio meo.
Aurū recipio in signum q̄
diuitiaz tuaz ero dñs in fu
turū. Moraliter per istum
reges Barū intelligo dyab
olū q̄ mittit alexandro. id
est. cui libet christiano tria
signa confusionis. videlicet
virgā aduersitatis ⁊ angus
tie vt inducat hoīez ad im
patientā ⁊ in murmurati
ones p̄ra deū. sicut fec̄ iob.
quia destruxit oīa bona sua
Misit in signū homini. id ē.
mundi potentā vt vi oppri
mat paupes ⁊ iustos. Au
rum vō aliqñ dat homini.
id est. diuitiaz habūdātiā
vt male expēdatea in cōm
uijs ⁊ voluptatib⁹ carnis.
Sed hec tria debet quilibz
accipere et vti ad salutē ani
me sue. et non ad voluntā
tem dyaboli. Unde primo

Sermo III

20

aduersitatem patienter debet sustinere. et ideo in omnibus regratiari deo. Exemplum plus de Job qui dixit. Dominus dedit dominus abstulit. sicut domino placuit ita factum est. sit nomen. zc.

Secundo potentia mundi debet ut ad subueniendum impotentibus et tuendum debiles et pauperes a raptoribus. Tertio diuinarum habundantia debet ut ad largiendum elemosinas egenis. et sic cum timore dei dyabolum et eius insidias superare. quia ut dicit Ber. Peccatum nunquam habebit introitum in te dum es plenus dei timore. Quia igitur dominus est potentissimus ideo summe timendus est. Secundo principaliter dixi quod dominus noster est sapientissimus. et ideo honorandus est. Quia enim sit sapientissimus ostendit multipliciter. Primum quia omnis sapientia vera quam aliquis in hac vita habet vel

habere potest desursum data est a deo. ¶ Ecclesiastici primo. Omnis sapientia a domino deo est. Sed istam sapientiam non habent voluptuosi neque auari. Unde Gregorius. iij. moralium ad veram sapientiam peruenire non possunt qui false sue sapientie vobis decipiunt. Unde sapientia que est a deo data tres habet conditiones. quia primo est pudica. deinde pacifica. tertio modesta. ¶ Per primam conditionem excludit sapientiam bestialem quam habent luxuriosi. ¶ Per secundam excludit sapientiam mundialem que nunquam est pacifica sed semper litigiosa. et hanc sapientiam habent cupidi et cauidici. ¶ Tertia conditio est modestia. et hec sapientia est spiritualis. quam habent iusti et virtuosus. quia sapientia iustorum est nihil per ostensionem fingere. que vera sunt diligere. falsa de vitare. bona gratis exhibere.

Sermo. III.

mala libenter tolerare. vltio-
nem nulli⁹ iniurie querere.
Hec sapiētia q̄ dat̄ a deo a
mūdi sapientib⁹ deridetur.
Quod innocēt agitur ab
eis pculdubio stultū repu-
tatur. Quid stultū mūdo
q̄ bona p̄pa relinquere et p
amore di paupertatē volū-
tariā sectari. p inimicis et p
secutorib⁹ orare et illis bene
facere. Hec Bre. Et tñ illa
reputant̄ in sp̄ctu dei ope-
ra vere sapientie q̄ a domi-
no dō est. et datur electis su-
is. Hinc psulit̄ Jac. primo
Qui indiget sapientia po-
stulet a deo q̄ dat omnibus
affluenter. Et ideo merito
dñs noster Iesus xp̄s ē sa-
pientissim⁹. qz sua sapiētia
est incomphensibilis a sen-
su humano Romanoz. xi
D altitudo diuiciarū sapie-
et scie dei. zc. Secundo dicit̄
sapientissim⁹. qz oēs creatu-
ras fecit ex nihilo. videlicet.
solem et lunam et stellas. et
omnia ista inferiora. et vni-
uersa ppter hominē. vt hō

deo seruiret. Unde ista vni-
uersitas est ita sapienter or-
dinata qz nullū ingenū ter-
renū potest ad istā sapiētā
puenire. Item ostēdit ma-
gnā sapiētā in piūctione
creaturaz. qz vt dicit̄ Aha-
crobi⁹. Tūde a summo ce-
lo vsqz ad vltimā rem et in-
firmam vnam de minimis
vinculis religauit et nunqz
corrupta est cōnerio. q̄ qui-
dem p̄nerio vocat̄ cathena
aurea Dicit̄ Lincō. in libel-
lo suo de examinatioe x̄istē-
tū qd⁹ ostendit magnā
sapientā in creatione hōis
qz in ipso comphendit dēs
alias creaturas. Et ideo di-
cit̄ Bre. in omelia de asen-
sione. Omnis creaturali-
quid habet homo. Itaz a-
bet esse cum lapidib⁹. vne-
re cum arborib⁹. sentire vsqz
bestijs. intelligere cum i-
gelis. Et ideo dicit̄ propheta.
Omnia in sapiētia dñau
fecisti. Sed hic queritur
int̄ mundanos cur fecit do-
minus hominē peccatū.

gny)

140

apparet q̄ sapientius feciss̄
 ipsum impeccabilem. Ad
 questionē respondet quan
 do fecit hominē peccabilez
 sapientissime fecit. quia po
 suit eū in tali statu q̄ posset
 si vellet mereri vitā eternā.
 et ideo magnam sapientiā
 in creatione hominis ostē
 dit. Ex quibus patet q̄ do
 minus noster Iesus xp̄us
 est sapientissimus et ideo ho
 norandus. ¶ Unde
 hic est notandū q̄ decet chri
 stū honorari et adorari tri
 pliciter. videlicet corde. ore.
 et opere. Unde dicit Aug.
 lib. de trinitate. ca. xvj. q̄ due
 sunt species adoratiōis siue
 honoratiōis. scilz latra et
 dulia. Bulia est seruit̄ pro
 prie homini exhibita. La
tria est seruitus deo exhibi
 ta. Unde ydolatre dicūtur
 q̄ simulachris et vanis ido
 lis eandem seruitutem dāt
 que debet deo exhiberi. fm̄
 illud Math. iij. Dominū
 deum tuum adorabis et illi
 soli serues. Hec adoratio

est amor et obedientia quā
 domino deo nostro pre cete
 ris debemus. Et ideo dicit
Joh. iij. Mater tales que
 rit qui adorent eum in spū
 et veritate. Talis fuit Tobias
 qui videns multos d̄
 filijs Israel adorare falsos
 deos. hic solus fugit cōsoz
 tia maloz et adorauit deuz
 Israel. vt habetur Tobie.
p̄mo. Adodo consumili fec̄
Daniel qui intrans thala
 mū suum adorauit deuz. et
 ideo missus fuit in lacū leo
 num. vt habetur Bamie. vi.
 ¶ Sed karissimū
 mendum est q̄ multi presu
 munt de seip̄is et cupiunt
 dominari super alios et ha
 bere honores et reuerētias
 soli deo debitas. quas nun
 q̄ meruerunt. Soli enī vir
 tuosi et non alij debent ho
 norari. cum honor sit pre
 mium virtutis. vt dicit Ari
stotiles. iij. Ethicozum. ca.
.iij. In cuius signum nar
 rat Augustinus in libro. v.
 de ciuitate dei. ca. ix. q̄ Bo

om̄ fl̄
 p̄t̄ ad
 p̄t̄ v̄
 dulia

ubi dicitur
 om̄ v̄

Ser. III

mani ymagines virtutis et bonoris sicut deos coluerunt. quibus duo templa edificauerunt. sic ad inuicē coniūcta et adunata q̄ nullus potuit intrare in tēpluz bonoris nisi prius per templum virtutis intrasset. in signum q̄ nullus reportaret bonorem nisi prius per virtutem illum meruisset.

cato primi parentis quādo
deus vindicando peccatū
primorum parentum dixit
Terra es et in terram reuer
teris. quapropter nō inme
rito vita humana flori siue
herbe comparatur. qui pri
mo crescit de terra. postea
floret. et tandem flos deci
dit et in terram vertitur. Et
ideo dicit *Psal.* *Mane sic*
berba transeat. mane flo. &c

B In quo versu vt
dicit glosa diuidit *Psal.* vi
tam humanam in tria. scilz
in puericiam. adolescentiā.
et senectutē. Tempore pue
ritie cōparatur homo her
be. quia sicut herba primo
de terra producit. sic ho
mo de matre sua nascitur.
Et ideo dicit *Psal.* de pue
ro p̄grediēte primo in mū
dum. *Mane sicut berba*
transeat versus mores. Sz

tēpore adolescentie quo p̄
speratur in honoribus et di
uitijs tunc floret decorus et
fortis. quia communiē tūc
dicitur q̄ est homo in suis
floribus. sed et tunc cōnue
transit aduersus mortem.
sicut in mari nauis aduers
sus portum. et sicut ille qui
iacet in nauī putat se non
moueri. et tamen continue
transit ad motum nauis.
sic adolescentes et iuuenes
continue trāseunt ad mor
tem. Et dicit *Psal.* *Mane*
floreat et transeat. Nam ad
huc est mane. quia iuuenis
est. sed tempore senectutis.
decidit i infirmitates diuer
sas. quia dorsum suum de
clinabitur et tunc efficietur
cecus et claudus et omnib⁹
onerofus intantum q̄ eius
filiij et cognati et vxor: pro
pria eius mortem desidera
bunt. Et ideo dicit Psal.
vespere decidat. induret et
arescat. decidit nanqz infir
mando. induratur morien
do. sz arefcit in sepulcro p̄

Ser. VIII

trescendo. cum ossa arescēt.
et eius caro in puluere cō/
uertetur. ⁊ tunc bene potest
dicere quia mundus tran/
sit et concupiscentia eius. i.
Jobānis. ij. Quam auto/
ritatez exponens beat⁹ Au/
gustin⁹ dicit. vtrū vis ama
re temporalia et transire cū
mundo aut diligere domi/
num ⁊ in eternum vivere ⁊
non mori. et vobis diligatis
vitam istam miseram in q̄
sunt tot miserie et angustie
quanto magis debetis dili
gere illam vitam vbi nulla
angustia nec miseria inue/
nitur. Hec ille. Attende in/
quit idem Augustin⁹ quo
modo moritur vnus rex.
modo alius. modo vnus
dur. modo alius dur. vnus
comes. vnus baro. vnus
pauper. vnus diues. nulli
parcit quia equa lege om/
nia ferit. Juxta quod mes/
trice scribitur.

Est cōmune mori mori
nulli parcit bonori.

Bebilis et foris veniēt

ad limina mortis.

Istud bene considerauit
Hugo de sancto victore qui
sine licentia regis patris sui
fact⁹ fuit religiosus. Quo
comperto. rex pater illi⁹ mi
sit ad abbatem monasterij
dicēs q̄ combureret mona
sterium nisi vellet dimitte/
re sibi filium suuz. Statim
abbas misit pro puero et di
xit illi. oportet te transire
ad patrem tuum. quia ali
ter vult destruere nos. Cui
respondit Hugo. Rogo
vt possim respondere patri
meo in hac materia. quo
concesso. accessit rex ad mo
nasterium petens filiu⁹ su
um. Statim puer accedēs
coram patre suo et isto mo
do eum allocutus est. Isda
ter est lex in regno tuo et si
potueris destruere illam le
gem exibo religionem et te
cum ibo ad mundum. Cui
pater respondit. Que est il
la lex. Respondit filius et
dixit. q̄ tam cito moriur iu
uenis sicut senex Cui pater

Ser. VIII

banc legem destruere non
possum cum solum sit i po
testate diuina. Tunc dixit
filius patri. Cum ergo mo
riar et nescio quando. nec
ubi. nec qua morte. prepara
bo me ad illam mortem nunc
suscipiendam. Quo audi
to rex recessit et filium suum
in religione manere permis
sit. **E** Quia igitur nul
lus scit quando morietur nec
quo. nec ubi. sed certus est
quilibet quod morietur. cuius in
quit Bern. Nihil est certum
morte. nec aliquid incertum
hora mortis. Bonum est igitur
nos preparare ad mortem.
Et hinc dicit beatus Grego.
Id propterea voluit domi
nos latere finem nostrum
ut dum incerti sumus qua
do moriemur semper para
ti ad mortem inueniri debea
mus. Et ideo dicitur Job
xiiij. Constituisti terminos
eius qui preteriri non pote
runt ultra diuinam ordina
tionem. prout exponit Gre
gorius. xij. moralium. Non

enim est in potestate homi
nis prohibere spiritum suum
ne creet de corpore. ut dicit
Ecclesiastes. viij. Narrat
Gregorius super euangel
ium omelia. xij. de quodam
nobili qui vocabatur Eesa
rus. qui fuit plenus vicijs
ad extremum autem mor
tis veniens apertis oculis
in gerrimos spiritus coram se
assistere vidit ut animam eius
ad infernum caperet. Qui
cepit tremere. pallefcere. et
sudare. et magnis vocibus
inducias mortis petere. in
quibus vocibus monebat
Et ideo ait Gregorius. Non
propter se ista vidit. sed pro
nobis ut eius visio nobis
proficeret quos ad miseris
cordiam diuina longani
mitas expectat. **S** Et
ideo multum est timendus
nobis hora mortis. ubi ma
ligni spiritus nos infestant et
nituntur inducere in despe
ctionem. Unde habetur in
vita beati Bern. quod cum in
firmaretur usque ad mortem

Sermo VIII

affuit dyabolus ipsum ac-
cusans. dicens se non babe-
re titulum ad vendicandū
celum. ⁊ beatus Bernard⁹
pro parte sua nihil perteri-
tus respondit. Fateor inq̄t
q̄ non sum dignus ad ha-
bendum celum nec propri-
is meritis ipsum obtinere
possuz. sed Iesus christus
duplici iure celum possidet
Habet enim ius heredita-
tis. quia filius patris cele-
stis est. et habet ius emptio-
nis ratione sue passionis.
¶ Dum ius sibi ipsi reti-
net. et secundum ius gene-
ri humano credenti in ip-
sum donauit. Ex cuius do-
no illud vendico. et in hoc
verbo dyabolus recessit. et
ideo in hora mortis speran-
dum est valde in diuina mi-
sericordia. q̄a maligni spiri-
tus tunc maxime occupāt
nos. **S** Forte queri-
tur nūquid preciosa sepul-
tura vel pompe exequiarū
iuuant animas in purga-
torio ad alleuiandum earū

penas. Ad quam questio-
nem respondet Augustin⁹
libro primo de ciuitate dei.
cap. xij. Pompe inquit fu-
neris. agmina exequiaruz.
sumptuosa diligētia sepul-
ture. viuorum sunt solatia
non adiutoria mortuoruz.
Et si preciosa sepultura pro-
sit impio. vilis vel nulla no-
ceret iusto. quod falsum est
Et recitat historias Augu-
stinus de Byogēne qui se-
pulturam penitus contem-
psit. Unde vt recitat Luli-
us in de tusculanis questio-
nibus. iussit se proici i ster-
quilinium. Cui amici eius
dixerunt. q̄ a feris dilania-
retur. Quibus dixit. Pro-
nite iuxta me baculus quo
feras abigam. Cui amici
eius dixerunt. q̄ non senti-
ret baculum. Quid igitur
oberit mihi tunc si fere cor-
pus meum comedant cuz
illas non sentiam. Hieron⁹
rat Gregorius. iij. dyalo-
gorum de quadam mulie-
re sepulta in ecclesia que fu-

Ser. VIII

it in vita sua mala in lingua
et tamē in opere bona. **N**o-
cte quadam visum fuit cu-
stodibus ecclesie. q̄ corpus
suum secabatur ante altare
cū quadam serra ⁊ vna ps
ligue cōburebatur. alia vō
remansit illesa. cuius com-
bustionis signum apparuit
in crastino i marmoreo la-
pide. Ex qua historia patet
vt dicit Grego. q̄ preciosa
sepultura in ecclesijs nō p-
dest animabus in purgato-
rio nisi huiusmodi sepulti
fuerint boni. Sed forte
dicitur hic quomodo pos-
sunt anime existentes i pur-
gatorio citius a pena libe-
rari v̄ releuari. **H** Bi-
cendū est q̄ tripliciter. vitz
per elemosynas et oratōes
⁊ sacrificiū altaris. **P**rimo
pelemosynas et orationes
Hoc ostendit. ij. Macha.
xij. vbi habet quomodo iu-
das machabe⁹ misit. xij. mi-
lia dragmas argenti **H**ie-
rosolimā. offerri ea ibi pro
peccatis mortuoz. iuste ⁊ re

ligiose de resurrectione cogi-
tans. **N**isi enim eos qui
cecidērāt resurrecturos spe-
raret. superflūū videretur ⁊
vanum orare pro mortuis
Sancta ergo et salubris est
cogitatio p̄ defunctis exora-
re vt a peccatis soluantur.
De his trib⁹ dicit Augusti-
nus in Encheridion. **D**ra-
tionib⁹ ecclesie sancte et sa-
cificio altaris et elemosy-
nis que pro mortuis offerū-
tur non est dubiū eos adiu-
uari. Et ideo narrat Beda
de gestis angloꝝ lib. iij.
de quodaz milite qui habe-
bat quendam germanum
abbatem qui pro eo celebra-
uit estimans ipm fore mor-
tuum. qui quondie hora
tertia diei ab omnibus car-
ceribus quibus erat ligatus
erat liberatus et carceri ru-
pte. **C**unq; custodes carce-
ris huius rei causam que-
rerent. Respondit. q̄ tūc ce-
lebrauit pro eo german⁹ su-
us. qui postea rediens iam
glam narrauit oia germa-

Sermo VIII

no suo q̄ sibi acciderāt. Si ergo sacrificium corporis xpi habuit tantam efficaciam in homine quo ad vincula corporalia. quanto magis credendum est q̄ soluat vincula penarum in purgatorio. Consimile narrat Gregorius libro dialogorum. de sacerdote q̄ se ex more balneavit in fonte quodam. q̄ quoti die inuenit ibi vnū iuuenem sibi ministrantē. Cui sacerdos pro suo seruo portabat panē. Cui respondit iuuenis ille. Non possum comedere panem. Ego enim sum spūs illi⁹ q̄ aliquando fuit dñs isti⁹ domus ⁊ p̄p̄t mea pctā punior. et si hunc panem volueris dō offerre ⁊ sacrificare p̄ me re vā liberabor. Cui sacerdos. Quo modo sciam q̄ sis liberat⁹. Respondit iuuenis. Quocūq; die huc veneris ad balneandum te. et me nō inuenieris. scito firmiter q̄ liberatus fuero. Facto igit̄ sacrificio p̄ illo a sacerdote illis

diebus ille spūs ultra non apparuit. Ex quibus sequitur q̄ anime defunctorum releuant̄ a purgatorio vel a pena purgatorii per orationes sanctorum. Que pena secundum Augustinū excedit omnem penam sensibilem huius vite ⁊ anime ibidem existentes in tanta indigentia constituuntur q̄ non possunt se ipsos adiuuare cum sint extra statū merendi vel demerendi.

Sed karissimum timendum est q̄ mortui possunt conqueri de tribus generibus hominum. videlicet malorum ecclesiasticorum. falsorum executorum. et iniquorum seu ingratorum filiorum. Primum possunt conqueri de malis ecclesiasticis qui bona mortuorum male consumunt in luxurijs ⁊ alijs peccatis qui reddūt se ipsos indignos vt exaudiantur a dño. Secundo possunt cōqueri de falsis executoribus q̄ bona

Ser. VIII

mortuorum diuidunt inter se.
et aliquando legata dimi-
nuunt dando vix decem de-
narios vbi obligant dare
decē solidos. immo totaliter
aliquando legata auferūt.
et nunquā aliquid dāt pro
animabus defunctorum.
Et tales sunt proditores de-
functis et a deo et homini-
bus excommunicati sunt.
Unde habetur i gestis ka-
roli magni regis francie. q̄
fuit quidam miles qui mo-
ricatur in bello et habuit
vnum bonum equum quē
tradidit vni sibi familiari
amico ad hunc effectum q̄
venderet illum et daret pre-
cium pro anima sua. Quo
mortuo custodiuit equus
penes se et nihil fecit p̄ ani-
ma militis. Tandem enim
quodam nocte miles sibi ap-
paruit ipsum redarguēdo
pro sua infidelitate dicens
sic. quia non fecisti pro ani-
ma mea sicut precepi tibi.
ideo cras subitanea morte
peribis. quod et factum fu-

it q̄a die crastina fregit col-
lum suum super eundem
equum. Et ideo dicit septu-
ra Ecclesiastici. vij. Ador-
tuo ne prohibeas gratiam.

¶ Sed forte querit-
ur hic quibus mortuis p̄-
ficiunt suffragia ecclesie.
Dicendū q̄ tria sunt gene-
ra mortuorum. quorum ali-
qui vitam eternam lucrabū-
tur. Aliqui qui eadem vita
priuantur eterna. Et aliqui
sub spe vitam eternam pre-
stolantur. Primi sunt illi
qui ab omni peccato sunt
immunes et ad nullam pe-
nam sunt obligati. De qui-
bus dicitur Ecclesiastica. i.
Timentis deum bene erit in
extremis. id est in morte. et
die defunctorum sic benedi-
cetur. Illi qui priuantur vi-
ta eterna. sunt illi qui i mor-
talibus peccatis moriuntur
De quibus dicitur Pro-
uerbio. xj. Adortuo boie
impio nulla erit vltra spes.
Tertij sunt qui decedunt
sine peccato et in gratia. et

Ser. VIII

tamen quia hic non imple-
uerūt penitentiam ad locū
purgatorij mittunt. et illis
solū modo proficiūt suffra-
gia ecclesie. Ex quib⁹ patet
q̄ mors corporalis et natu-
ralis quam nemo potest ef-
fugere debet semp̄ p̄medita-
ri. **L** Secundo p̄nci-
palit̄ dixi q̄ ē mors culpe q̄
est fugienda. Dicit enī bea-
tus Augustin⁹ li. ij. contra
Marianū. q̄ aīa huma-
na licet in natura sua sit im-
mortalis. tamen habet mo-
dum suū moriendi. quia si
iuste uiuat et postmodum
in peccatis cadat tūc moriē
morte culpe. Et si fuerit pec-
catix et postea peniteat tūc
moritur peccato. Ex quib⁹
patet q̄ in anima humana
est duplex mors. vna est vi-
ciosa quando moritur per
peccatū. et alia gloriosa q̄
morit̄ peccato. et deficit pec-
catū. Unde p̄ma mors nō
est multū periculosa. cū nō
est vere mors. q̄ s̄m beatus
Gregoriū. iiii. moralū. ca.

xiiij. Ad mors carnis respectu
mortis anime ē nisi vmbra
Et probat illud p̄dictū p̄s.
qui dixit in p̄sona martirū
pro christo morientū mor-
te corporali. Hūiliasti nos
in loco afflictionis. ⁊ coope-
rui nos vmbra mortis. Et
b̄ndicit̄ mors co:palis vm-
bra. Dicunt enim astrolo-
gi q̄ homo existens directe
sub sole ex nulla parte facit
vmbra. sed stans cōtra so-
lem statim facit vmbra. Ad-
oraliter primus parēs
quando fuit in statu inno-
centie obseruando diuinū
preceptū. Stetit directe sub
sole iusticie. i. deo. et non ha-
buit vmbra mortis. quia
dicit Augustin⁹. Idem⁹
homo si nūq̄ peccasset de⁹
ab initio nūq̄ mortē eregisset.
Sed q̄n stetit contra so-
lem. i. q̄n stetit contra prece-
ptū domini statim procul
dubio fuit coopert⁹ vmbra
mortis. et hoc fuit sibi prece-
ptum a deo Genes. secūdo.
In q̄cūq̄ die comederitis

Ser. VIII

de ligno vite morte morie-
mini. quantum ad animā.
quia tunc non moriebant
fm corpus. sed vixerunt po-
stea per multos annos. sed
tunc primo inceperunt mo-
ri morte corporali. et omēs
ex his procedentes tunc pri-
mo inceperunt esse morta-
les. Sed hic querit qua-
re dñs preseruauit Enoch
et Methyam a morte corpo-
rali vsq; ad finem mundi.
Ibi responder Augustin⁹
in libro de mirabilibus sa-
cre scripture. qd hoc fecit ad
ostendendum homini qd si
non peccasset vita sine mor-
te in eternum vixisset. dato
tamen qd isti longo tempo-
re viuant. debitum tamen
mortis persoluent ante iu-
diciū Hanc mortem tem-
poralem describit Joban-
nes Apocalipsis sexto di-
cens qd cum agnus aperu-
isset sigillum quartum vi-
dit equum pallidum ⁊ qui
sedebat super illum. nomē
illi mors. et infernus seque-

batur eum. Spiritualiter
per istum equum intelligo
peccatorem qui est pallid⁹
propter defectum gratie Et
qui sedebat super eum dyab-
olus est qui ducit pecca-
torem de peccato in peccas-
tum. Nomen illi mors. qa
vt dicit Gregorius tertio
moralium. dyabolus mor-
tem intulit. ⁊ ideo mors vo-
catur. Infernus sequeba-
tur eum in signum qd illis
qui seipos occidunt mor-
te spiritali infernus est pa-
ratus ad deuoranduz eos.
quia dicit psal. Mors pec-
catorum pessima. Ecce er-
go cum mors ista ē ita peri-
culosa illam fugiamus. et
moriāmur peccato que est
mors gratiosa. Abstineat
ergo vnusquisq; de cetero
a peccatis et tunc de nobis
dici potest illud ad Colocē
ses tertio. Mortui estis et
vita vestra abscondita est
cum christo in deo. Ad

Sed karissimi si volu-
erimus mori peccato opor-

Ser. VIII

let q̄ carnem nostram p̄ penitentiā mortificemus. et ipsius concupiscentias refrenemus. quia dicit Ap̄stolus ad Romanos. vii. **U**ideo aliam legem in mēbris meis repugnantem legi mentis mee et captiuam me in lege peccati. Et oportet carnem acriter punire et ei⁹ desideria destruire. Et sic consulit Ap̄stolus ad Colocēses. iij. **M**ortificate membra vestra que sunt super terras. Dicit enī Baribolomeus de proprietatibus rerum. libro. xvij. q̄ radix edere quamuis in se sit mollis tamen ferrum et alia metalla penetrat q̄ sūt dura. **M**odo consumili caro nostra quāuis in se sit debilis et misera. eius tamen concupiscentie et delectationes animas sanctorum et perfectorum penetrant ⁊ inducunt ad mortem spirituales. ut pat̄ de David qui visa muliere in suo solario commisit adulteriu⁹. ut pa-

64
tet. ij. Regum. xj. Et. iij. Regum. xj. de Salomone qui infatuatus est per mulieres et alijs q̄ plurimis. Et nisi carni resistamus et ei⁹ concupiscentias mortificemus per opera penitentie moriemur morte peccati. teste Ap̄stolo ad Roma. viij. **S**i secundum carnem vixeritis moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. **I**n **U**nde de peccato mortale potest dici mors diuersa ratione. **I**dyma est. quia sicut mortuus primo infirmatur. secundo moritur. et tertio induratur seu sepelitur. Sic anima humana primo per peccatum infirmatur in delectatione peccati. **U**nde dicit **A**ristoteles. iij. ethicorū. q̄ delectatio declarat quālis est hō in p̄uocōib⁹. Si sit virtuosus delectat̄ in virtuosis. Si sit uiciosus delectat̄ in uicijs. **S**ecundo aīa morit̄ p̄ p̄sulum. **I**ac. j. p̄ctm̄ cū p̄sumatū fuerit. s. p̄ p̄sulum generat mortē

Ser. VIII

Tertio anima in peccato induratur per consuetudinē. quia dicit Anselmus in libro de similitudinibus quod durati in peccatis comparantur cere que non potest recipere formam quando ē dura. sic similiter homines indurati non recipiunt imaginem virtutis et gracie. et sic sepeliuntur totaliter in peccato. Et ideo hanc mortem fugiamus quia est damnabilis et piculosa. Tertio principaliter dixi quod est mors eterna. videlicet pena infernalis. et hec est timēda. Dicit philosophus. ij. Probi sicorum. quod quilibet qui operatur debet videre finem. quia finis licet sit vltimum in executione. tamen debet esse primum in intentione. quia si finis sit bonus ipsum totum bonum. et si finis sit malus ipsum totum malum. Finis virtutis est premium eternum. Finis peccati mors est eterna. Et hec mors est pascua peccatorum in infer-

no. quia vt dicunt doctores damnati desiderabunt mortem et fugiet mors ab eis. Et quanto maior est numerus damnatorum maior ē pena et pascua illoꝝ. quia vt dicit Psal. Sicut oues in inferno positi sunt. mors depascet eos. Et bene dicit sicut oues. vnde sicut oues in pascuis corrodunt summitates herbarum et non radices. et ideo postmodum herbe iterum crescunt. Sic est de penis damnatorum quanto diuersis penis anime patiuntur in inferno. tanto maiores pene crescunt continue et nunquam deficiunt. Quia modo sunt in flammis ignium. modo in maximis frigoribus nivium. modo a demonibus baculantur. modo audiunt stridores dentium. modo voces plulantiuz. et ibi est continua mors et pena damnatoꝝ. Unde apostolus ad Roma. vi. Stipendium peccati mors est. videlicet mors scda

Cap. VIII.

eterna. **D** Habetur
in vita sancti Hieronimi q̄
Eusebius episcopus scrip̄
sit beato Augustino ypo
nensi episcopo in quadam
epistola q̄ illa heresis fuit i
troduc̄ta iter grecos q̄ ani
me damnatorū non essent
cruciande penis infernali
bus vsqz ad diem iudicij.
Et ratio illorū fuit illa. q̄a
sicut anima peccauit in cor
pore. sic et punietur cū eo.
Sed beatus Eusebius qui
fuit discipulus beati Hie
ronimi multū condoluit d̄
illa pestifera heresi. et ideo
rogauit dominū vt digna
retur istā heresim infra bre
ue destruere. Cui apparuit
beatus Hieronim⁹ dicens
Nec timeas. quia istam he
resim infra breue destruam
Contigit autem illo tempe
p̄ria mortuorum cadaue
ra iacebant inhumata in ci
uitate in qua beatus Hie
ronimus sepeliebatur. que
beat⁹ Eusebius posuit in
sepulcris sancti Hiero;

nimi ad preceptum eius. et
accepit saccum quo beat⁹
Hieronimus utebat̄ et po
suit super cadauera. et sta
tum coram toto populo ci
uitatis surrexerunt. Et vt
ille refert. Beatus Eusebi⁹
quesiuit ab vno illorum de
penis inferni. Cui dixit. Om
nes pene et omnia tormen
ta que in hac vita patiuntur
solacia sunt respectu illorū.
Nallet enim quisqz si illas
penas nosceret vsqz ad finē
mundi cruciari et omēs pe
nas sustinere quas omnes
homines ab adam vsqz ad
finem mundi pertulerunt
q̄z die esse in inferno. Et sic
per dicta illorum triuz resu
scitatoruz cessauit illa here
sis. Igit̄ ista mors mul
tum timenda est quia eter
na. Unde Gregorius. xix.
moraluz. pertractās illud.
Ubi null⁹ ordo sed semp̄
tern⁹ horroz inhabitans in
quit sic. Ibi cruciatus sine
termino. quia non habet fi
nem sed semper incipit ⁊ de

Sermo IX

ficere nescit. Ibi mors semper perimit et non extinguit dolores. Dolor cruciat et pauperem non fugat. flamma comburit. sed tenebras non dissoluit. Et hinc est quod dicit beatus Augustinus libro viij. confessionum. Nulla maior est tribulatio quam conscientia peccatorum in inferno. ubi horribilis visio demonum. ignis inextinguibilis et intollerabilis. et ideo de inuidis et execratis et incredulis ydolatriis mendacibus et generaliter omnibus peccantibus mortaliter loquitur scriptura Apocali. xxi. Adars illorum erit in stagno ardenti ignis sulphure. Quantum est dolor damnatorum qui semper sine fine erunt in luctu et gemitu. quia sicut dicit Hieronimus in suis meditationibus. tunc separabuntur iusti a consortio iniustorum. et malierunt potestati demonum deputati ad comburendum in igne eterno. Igitur illa eter

na mors est timenda. et penitentia ante mortem est agenda ut vitam habeamus eternam. Quam nobis pce. zc.

Sermo IX

Dicitur

m **Christi.** Pro processu primo

nis est breuiter notandum quod mors Christi habuit tres conditiones siue circumstantias. Fuit enim iniuriosa. quia fuit morti adiudicatus ex inuidia. Dolorosa. quia fuit plena amaritudine et pena. Et preciosa. quia fuit plena humilitate et benigniolerentia. **A** **Primo** modico quod mors Christi fuit iniuriosa. et hoc ex peruersitate iudicij. unde christus fuit adiudicatus primo coram duobus prelatibus Anna et Caypha. Secundo coram duobus principibus scilicet Herode et Pilato. Nam ductus fuit ad Annam qui interrogauit eum de discipulis suis. et de do-

Sermo. VIII

crimina ei⁹. ⁊ quia informa-
bat populum vtrum predi-
cabat contra legem iudeo-
rum an non. Cui respōdit
Christus. Ego palam lo-
cut⁹ sum mūdo et in oculi-
to locutus sum nihil. sed in
synagoga ⁊ in templo quo
oēs iudei pueniunt. Quid
me interrogas. Interroga
eos qui me audierūt. Hoc
cum dixiss; vnus ministro-
rum assistens pontifici de-
dit ei alapam dicens. Sic
respondes pontifici. quasi
diceret. cum superbia ⁊ sine
reuerentia respōdes. Ecce
quomodo inuidiose et ma-
liciose ac peruerse accepe-
runt iudei christi responsio-
nem. Ipse enim humiliter
respōdebat nolens seipm
commendare. et ipsi in su-
perbiam peruerterunt. Se-
cundo adiudicatus fuit in-
iuriose coram Caypha q̄
fuit blasphemus. quia dice-
bat se filium dei esse. Et chri-
stus interrogatus a Cay-
pha vtrum esset filius dei.

Dixit Tu dixisti. quia ego
sum. scilicet filius dei. et pro
hac veritate adiudicat⁹ est
morti. ⁊ hoc iniuriose. vnde
dixerunt iudei illud Jobā-
nis. xix. Hos legem habe-
mus. et s̄m legem debet mo-
ri. quia filium dei se fecit Et
scribitur Luce. xxij. Qui q̄
tenebant iesum illudebant
ei cedentes. Et velauerunt
eum. et percutiebant facies
eius. et interrogauerunt eū
dicētes. Isdropheniza. Quis
est qui te percussit. Et Ma-
tthei. xxvij. habetur. Et erpu-
entes in eum. acceperūt arū-
dinem et percutiebāt caput
eius. Unde hic est notādū
q̄ duplici de causa velane-
runt faciem ei⁹. Vna cau-
sa fuit vt illuderent ei. Secū-
da causa fuit vt libere sine
pietate pcuterent eum. vnd
dicit quidam postillator. q̄
tante benignitatis erat faci-
es sua. vt videntes illas; vix
possent sibi inale velle. et
ideo velauerunt faciem ei⁹
Et hinc dicitur Iohannis.

Sermo. IX.

xviii. quocirca et in obscuris cum
lateris et fustibus et armis
venerunt ad comprehendendum
eum. Et causa fuit. quia
si venissent per diem et cla-
re vidissent eius faciem. aut
terrore eius fugissent. aut de-
core vultus eius allicerent
ad amorem eius. Tertio fu-
it iniuriose adiudicatus co-
ram Herode quasi esset fa-
ctus. unde missus fuit a Pilato
ad herodem cupientem
ab eo aliquod signum videre
et quando venerat coram il-
lo nihil respondit. et ideo tam-
quam fatuus reputabatur. In
cuius signum dicit in eu-
gelio. Spreuit eum Herodes
cum exercitu suo. et re-
misit illum ad pilatum in-
dutum veste alba. **B**

Quarto fuit iniuriose
iudicatus sub Pilato qui
quod duplex habuit testimoni-
um quod fuit iustus. Primum
habuit de Iuda proditore
dicente. peccavi tradendo
sanguinem iustum. Secun-
dum testimonium habuit

ab uxore Pilati que misit
Pilato litteram hec conti-
nentem. Nihil tibi et iusto
illi. Multa enim passa sunt
hodie per visum propter illum.
Tertium testimonium ha-
buit ab ipso Pilato dicen-
te. Nullam causam mortis
inuenio in illo. Luce. xxiii.
et non obstante quod scivit illum
iustum. tamen iniuste con-
demnavit eum morti. Si
forte dicas que fuit causa il-
lius damnationis. Respon-
detur quod per seriem euange-
lij quatuor causas obicie-
bant contra eum. Primum
causa fuit quia ille subuer-
tebat legem eorum. Secun-
da fuit quia prohibebat tri-
buta dari cesari. Tertia fu-
it quia vocavit seipsum fili-
um dei. Et quarta fuit quia
dicebat seipsum esse regem.
Unde quo ad primam cau-
sam iniuste accusaverunt
eum. quia erat doctor veri-
tatis et dicebat Matthei. v.
Non veni solvere legem sed
adimplere. Quo ad secundam

Sermo. IX

causam false accusauerunt eum. quia vt habet **Matth .xxij.** Iudei querebāt ab eo an licet dare censum cesari an non. Qui dixit eis finaliter respondendo. Reddite que sunt cesaris cesari. et que sunt dei deo. Quo ad tertiam causam preteritam false accusauerunt eū et iniuste. quia vt dicit **Augu.** **Pilatus** vidit in ei⁹ facie⁹ inueniebat in eius corde qd esset filius dei. et ideo timuit eum interficere et voluit eum liberasse. Sed cū dixerunt ei iudei. Si hūc dimittis non es amicus cesaris. Tunc **Pilatus** ne priuaretur honore et officio suo. et ne accusaretur apud imperatorem tradidit eū morti. Quo ad quartam causam qd dicebant eum esse regem multū curauit **Pilat⁹** qd prohibuit iudeis a romanis qd tūc ipsi dominabantur qd nullus diceret seipsum esse regem nisi esset institut⁹ ab ipsis romanis

et ppter banc causam que fuit ab eo si rex esset. Et respondit **christ⁹.** Regnum meū non est d⁹ hoc mundo. et sic asserens se esse regem. non dixit aliquid contra legem eoz. Ex quibus sequitur qd mors **christi** fuit iniuriosa. quia ex inuidia et sine causa iudicauerūt eū mortu. quapropter **christ⁹** dicere potuit illud **Danielis .xiiij.** Ecce morior cū nihil bonuz fecerim. Secundo principaliter dixi qd mors **christi** fuit dolorosa. quia fuit plena acerbitate et pena. Dicit enim **Bonauentura** super tertiu⁹ sententiarū. qd tria fecerūt **christi** passionem dolorosam. Prima fuit causa passionis. vnde nullam mortis causam inueniūt in eo iudei. et ideo non pro sua culpa. sed pro peccato generis humani mortem sustinuit **Ysaie .liij.** **Uere** lanquozes nostros ipetulit. et dolores nostros ipoportauit. **E** Secundo mors

Ser. IX

cristi fuit dolorosa. qz i om
 ni parte fuit punit⁹. Nam
 in eius corpore fuit pedū et
 manuū confossio cū clavis
 acutissimis. latus suū fuit
 lancea apertū et dilaceratū
 corp⁹ vero ei⁹ prius flagel
 latū extētū erat stricte sup
 crucem in tantū qd oia ossa
 eius possent dinumerari. z
 sic vt dicit ysaias propbeta
 Et planta pedis vsqz ad ver
 ticē capitis nō fuit in eo sa
 nitas. Hic querit quare
 latus christi fuit apertum
 post mortem et non ante.
 quis sensit dolorē ipsi⁹ vul
 neris. non christ⁹ pendens
 ibi. qā anima recessit a cor
 pore. nec diuinitas. nec an
 geli. quia impassibiles erāt
 n^o discipuli. quia omēs in
 fide tēpore passionis christi
 dubitabant. et ideo minus
 diligebant. et ex consequēte
 minus seniebant. nec iudi.
 qā ipsum morti tradendo
 gaudebant. nec dyabolus
 quia ad ipm occidendū iu
 deos istigabat. Quis ergo

sensit. Dico qd beata virgo
 Maria dolorem ipsi⁹ vul
 neris sensit. cui⁹ animā gla
 di⁹ ptransiuit. Iuxta illud
 Luce. ij. Et tuā ipsi⁹ aniaz
 ptransibit gladius. Et ideo
 quando querit quare chri
 stulatus fuit apertum post
 mortem et non ante. dico qd
 i latere christi crucifixi om
 nia sacramēta ecclesie sum
 pserunt efficaciam. et ideo
 hoc factum fuit propter fi
 guram. qz sicut ena facta fu
 it de latere ade dormientis.
 sic de latere christi dormien
 tis i cruce formata fuit ma^o
 ecclesia vt propbeta imple
 retur que dicit. Videbunt
 in quem trāfixerūt. Unde
 fm sanctos doctores xpūs
 in eternū referuabit cicatri
 ces vulnerū vt iusti videāt
 quanta caritate sunt redē
 pti. et iniusti videant in die
 iudicij quantā crudelitates
 exercebant in filiū dei. Be
 inde querit quare prius ex
 iuit sāguis. et postea aqua
 Respondetur per Ambrosi^o

Sermo IX

lophum. q̄ in corde humana
no sunt tres camere vel re-
ceptacula. Una est exteri⁹
in qua est aer. Alia est inte-
rior in qua est sanguis. et
ideo quia cor erat diuisum
per mediū exiuit primo san-
guis. et postea aqua. Ex q̄-
bus patet q̄ mors christi fu-
it plena acerbitate et pena.
Et hinc inquit christ⁹ illud
Trenorū. i. Vos omnes
qui transitus per viam attē-
dite et videte si est dolor si-
milis sicut dolor me⁹. Bi-
cit enim beatus Bernard⁹
in suis meditationibus. q̄
quando christus fuit adiu-
dicatus morti. p̄mo flagel-
lauerūt eum quousq̄ san-
guis ex omni parte corpis
efflueret. et tunc induerunt
clamide coccinea. qua fuit
indutus quando ih̄s dilatus
fuit adiudicatus eus. quo
tempore vestis illa conglu-
tinata fuit carni. et sanguis
eius fuit infrigidatus. qui
post sententiam mortis da-
tam exuerunt eum illa cla-

mide cū q̄ traxerūt totū cor-
pus. et induerunt vestimē-
tis suis. et duxerunt eus per
ciuitatem vt crucifigeretur
ad locum caluarie. qui erat
locus deputatus pro ma-
lfactoribus legis. Sed
hic queritur quare indue-
runt eum vestimentis suis
quibus spoliauerunt eum
prius. Respondetur q̄ hoc
fecerunt vt ductus per ciui-
tatem ad mortem magis co-
gnosceretur in veste propa-
q̄ aliena. vt dicit doctor de
lira. Hic queritur qua-
re christus cum fuit omni-
potens non potuit crucem
suam portare. sed cecidit sub
cruce. et tunc vt dicitur in
euangelio angariauerunt
Symonem. id est. compel-
lebant. crucem suam porta-
re. Respondetur q̄ christ⁹
fuit ita fatigatus ex labo-
rib⁹ ⁊ vigilijs. ⁊ tān̄ effude-
rāt de sanḡne in coronatōe
⁊ flagellatōe q̄ fuit totalit̄
tabefactus et exinanitus in
tantū q̄ defecit i portando

Sermo. IX

tantum pondus. Alia causa fuit. ut habetur in euāgelio nazarenorū q̄ quando christus fuit ductus p̄ ciuitatem tantus fuit concursus populorū sequens eum ad spectaculum q̄ mater ei⁹ non potuit ad eū p̄tingere nisi eū aspicere. sed criminibus totaliter resolutus clamādo et flēdo aliam viam arripuit. et subito in angulo cuiusdam platee ei obuiabat. et virgo videns filiū suū nudū cruentatum et crucē magne et mire magnitudinis baiulātes p̄ timore consternata in terram corruit. Fili⁹ autē vidēs benedictam matrem suam corruentes sentiens magnitudinem doloris illius vltimius non habuit vires sed corruit de virtute et fortitudine corporali. Sed forte hic querit̄ quare x̄ps voluit mori magis morte crucis q̄ alio genere mortis. Dicendum q̄ peccatoribus mortem introduxit in mundū et necessitatē mo-

riendi corporali. mors autē crucis fuit pessima mors corporalis. eo q̄ p̄m legem. maledictus fuit omnis qui p̄debat in cruce. et ut christ⁹ faceret illud instrumentū vite q̄d fuit pessimū instrumentū mortis. ideo mortus ē morte crucis. q̄ fuit vtilissima et pessima mors in genere mortis. vnde factum est q̄ illud q̄d fuit aliquando v̄dicta peccatorum. modo illius mortis virtute est instrumentū vite et virtutis. In cuius signum doctor quidam super euāgelia dicit q̄ tempore quo christus fuit in cruce seu crucifix⁹ prope locū inueniebatur quidam serpens qui tirus vocabatur. ex quo modo fit tiriaca. Ille serpens in despectum crucis proiect⁹ fuit super crucē. et tenuit corp⁹ christi. Ex quo tactu datus est serpenti et toti generi suo q̄ ex eius corpore esset remediū cōtra omne venenū. Sic autē postq̄ crucis mortus est in cruce da-

*hanc autē et
hanc et hanc*

tum est tale privilegium cruci et passioni christi ut eēt remedium omnium viciorum. Et quibus sequitur quod christus sustinuit mortem turpissimam. Et ideo dixerunt iudi. *Adorte turpissimam condemnemus eum.* Et sic sequitur quod mors christi fuit plena acerbitate et pena et per consequens fuit valde dolorosa. et sic patet secundum principale. **S** Tertio principaliter dicitur quod mors christi fuit preciosa sine fructuosa. quia plena fuit caritate siue obedientia. In cuius signum dicit Apostolus ad *Philippenses. ij.* humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem. mortem autem crucis. *Ikarrissimi amor aliquando diuersimode ostenditur. vide licet verbo bene loquendo de alijs. sic christus ostendit caritatem iudeis quando dixit. *Pater dimitte eis. quia nesciunt quid faciunt.* Alii quando ostenditur amor*

per malorum perpeffiones et hoc est maximum signum amoris. *Isto modo dilexit nos christus sustinendo mortem pro nobis. Unde christus in euangelio *Jobanis. xv.* Maiorem hanc dilectionem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Sed in christo fuerunt duo amores. vnus quo ad seipsum naturaliter. Alius quo ad genus humanum. quia ipsum redimere voluit. In istos duos amores fuit magna decertatio in morte christi. *Amor naturalis quo dilexit seipsum subire mortem noluit. asserens quod eius preces ad patrem sufficiant pro redemptione generis humani. Sed amor quo dilexit genus humanum prevaluit et dixit. *Non mea voluntas sed tua fiat.* Secundo amor naturalis fecit hanc rationem quod non deberet mori. *Adors est gramo: pena in iuvene quam in sene. et est odio***

sa res hūane nature. ⁊ ideo differas mortem vsq; ad se necrutem quando natura est debilioꝝ ⁊ moꝝ propinꝝ quioꝝ. Respondit amor q̄ dilexit hominem. Absit inquit q̄ totum genus humanum foret tam diu in penis quia tunc forte desperaret de aduentu meo. et ideo propter animas redimendas que sunt i inferno volo mori. Sed adhuc amor naturalis obiecit dicens. **Ma**ter tua est tenere complerionis et super omnia te diligit. unde si te mortuum viderit pre dolore peribit. **N**oli ergo mori. Quo audito fuit fere deuictus in tantū q̄ pensit a patre ⁊ dixit. **Ma**ter si possibile est transeat a me calix iste Et non obstante q̄ mater sua pateret maximū dolorem pro morte sua. adhuc pon^o voluit mori pro amore generis hūani q̄ saluare matrem suam a morte corporali. vt psuas mortem et passionem pdu-

ceret genus humanum ad regnum celeste glorie eterne. **Q**uod nobis concedat qui sine fine viuunt et regnat. Amen.

Sermo X

Iligere.

b **I**karissimi intel- ligere debetis q̄ nullum verbum prolatum ab ore predicatoris sine caritate potest placere deo.

A **U**nde predicator pronuncians verbum dei sine caritate comparatur sono cuiuslibet tinnientis qui seipsum consumit ⁊ confundit. nec sibi proficit. **U**nde dicit **A**postolus. j. ad **C**orinthios. xiiij. Si linguis hominum loquar et angelorum. caritatem autem non habeam. factus sū velut es sonans aut cimbalum tinniens. ergo in sermonis exordio orandū est pro caritate. **I**deo proces-

Sermo X

su breuiter aduertendū .q̄
duo spiritualiter debemus
diligere. deum videlicet sup
omnia . et proximum sicut
nosmetipsos . Dixi primo
principaliter q̄ deus est dili
gendus super omnia . Et
hoc tripliciter Ebaso di
cente Mathei vigesimo se
cundo . Diliges dominuz
deum tuum ex toto corde
tuo . et ex tota anima tua . et
ex tota mente tua . Hoc est
maximum et primum mā
datum . Secundum autez
simile est hinc . Diliges pro
ximum tuum sicut teipsum .
In his duobus mandatis
tota lex pendet et probate .
Sup qua littera dicit Cry
sostomus . Quare magis
diliges q̄z timebis . quia qui
timet deum amplius q̄z di
ligit . perfectam caritatem
non habet . Unde . i . Jobā
nis . iij . scribitur . Perfecta
caritas foras mittit timorē .
Item querit Crysostom⁹
Quare non cognosces do
minum deum tuum sed di

liges . quia cognoscere deuz
est vnū ppriū humanena
ture . sed diligere deū ē op⁹
boni et recti cordis . et ideo
magis dicit diliges q̄z cog
nosces . Tertio querit Cry
sostom⁹ Quid est diligere
deū ex toto corde . et hinc est
q̄ dicit Augu . sup p̄ma ca
nonica Jobānis . v . Talis
quippe es qualis est dilectō
tua . Si diligas deum de⁹
es . Id propheta inquite .
Ego dixi dii estis p̄ carita
tem . et filij excelsi omēs . et si
terrā diligas terra es Que
rit in sup Aug . q̄d sit dilige
deū ex tota ania tua . Et re
spōdet q̄ si habeas animuz
certissimū i vitate et firmissi
mū i fide catholica tūc dili
ges dñm ex tota aia . Sed si
aia tua fuerit occupata cir
ca errores et hereses q̄ sūt p̄
fidem . tūc non diligis deuz
ex tota anima tua . vt dicit
Augustinus in libro de vā
innocentia . q̄ tenere errores
siue hereses nō faciūt here
ticum . sed erroris tuitio .

Sermo. X

B Et ideo dicit Augu-
stinus in libro de utilita-
te credendi. Heresis est per-
uersum dogma. fidei catho-
lice contrarium. pertinaciter
defensatum. maxime causa
lucris vel causa gratie tempo-
ralis. Unde heresis grece
electio dicitur latine. eo quod
vnusquisque nouam sibi eli-
gat viam vel doctrinam quam
putat esse meliorem et perti-
naciter sustinet ipsam esse
veram quamuis sit falsa et fi-
dei catholice contraria. Et
ideo dyabolo resistendum
est. qui in nobis semper ni-
titur destruere fides et amo-
rem. per veram igitur fides
perueniemus ad veram di-
lectionem qua deus diliga-
mus ex tota anima nostra
Hunc dicit Apostolus ad
Galatas. v. Fides per di-
lectionem operatur. super
qua littera dicit glo. Opus
fidei est ipsa dilectio. et sine
dilectione inanis est fides.
fides cum dilectione christiani est. sine
dilectione demons est. **Uñ. De**

mones credunt et cōtremis-
cunt. vera enim fides ope-
ratur per virtutem. et per ope-
rationes viuificatur. **Apostolus**
testante Jacobi. ij. Si
fides sine operibus mortua
est. Et hinc dicit Apostolus
ij. ad Corinthios. xij. Si ha-
buero omnem fidem et pro phe-
tiā. et nouero misteria omnia.
veteris et noui testamē-
ti. et omnem scientiam de futu-
ris. caritatem autem non habu-
ero nihil mihi prodest. Et
tende quanta sit caritas si-
ne qua frustra habent omnia.
si ante habeantur omnia.
Alterius querit Crisosto-
mus. quid sit diligere deum
ex tota mente tua. Et respō-
det quod quando omnes sen-
sus tui vacant deo et intelle-
ctus cogitatio et memoria
ponuntur in amore diuino.
tunc diligis deum ex tota me-
te tua. Si sint occupati cir-
ca voluptates et diuitias ac
delicias tunc non diligis ex
tota mente. Unde Augu-
stinus exponit istam auto

ritatem sic. Diliges domi-
num deum tuum ex toto cor-
de tuo. id est. ex toto intelle-
ctu sine errore. ex tota ania.
id est. ex tota voluntate sine
contradictione. ex tota me-
te. id est. memoria sine obli-
uione. Sed magister Sen-
tentiarum lib. iij. dis. xxxvij.
sic dicit. ex toto corde. id est.
sapienter contra suggestio-
nes dyaboli. ex tota anima
id est. dulciter contra dele-
ctationes carnis. ex tota me-
te. id est. fortiter contra pres-
suras mundi. Diliges igitur
dominum deum tuum sa-
pienter. quia nihil homini
propinquius corde suo. ni-
hil liberius voluntate. et ideo
excusationem non habemus
quin deum diligere debeat-
mus. Unde Augustinus
in quada[m] omelia. Potest
aliquis mihi dicere. Non
possum ieiunare. non pos-
sum omnes res meas pau-
peribus dare. et in monaste-
rio deo seruire. Si dixeris
non possum a pino et a car-

nibus abstinere credimus
tibi. Si autem dixeris. Non
possum diligere deum mo-
do non credimus quia nul-
la nobis remanet excusatio
dum non de cellario sed de
corde istam elemosinam im-
plere debemus ut per illam
perueniamus ad vitam eter-
nam. Hec Augustinus.

In hoc apparet diuina bo-
nitas quod non petit ab homi-
nibus nisi quod sine labore com-
ferre potest. Et ideo dicitur
Deuteronomij. x. Nunc Isra-
el audi quid dominus de-
tuus petit a te nisi ut timeas
dominum deum tuum et am-
bules in vijs eius et diligas
eum in toto corde tuo. Ex-
emplum de hoc habet Actu-
um. xij. in glosa debitor pau-
lo qui in tantum dilexit do-
minum quod quingentis vici-
bus istud nomen Jesus no-
minatur in suis epistolis
et pro diuino amore mul-
tas tribulationes sustinuit
Et ideo de illo potest dici il-
lud Ecclesiastici. xlvj. De

Sermo. X

oī corde suo laudauit dñm
et dilexit deū qui fecit illum

E Sed timendum
est q aliqui qui magis dili-
gunt dolos et detractiones
q̄z deum. Talis fuit ille El-
chimus qui summ⁹ sacer-
dos existens in lege iudeoz
detraxit Machabeo ad re-
gem Demetrium dicens q̄
nūq̄z foret pax in regno suo
dum Judas machabeus
viueret. et sic per mala v̄ba
et detractiones excitauit ma-
gnam guerram inter reges
Demetrium et Judā ma-
chabeum. vt habet. ij. Ma-
chabeozum. xiiij. Cuilibet
detractori tali pōt dici illud
Psal. Dilexisti omnia ver-
ba precipitationis lingua
dolosa. id est. lingua detra-
ctionis. Itē aliqui magis
diligunt auariciam q̄z deū
Talis fuit achor qui fura-
tus fuit de anathemate in
iericho. inter spolia palliuz
coccineum valde bonum. et
cc. siclos argenti. regulam
q̄z auream. pro quo factio i-

terfectus fuit ille et mlti alij
de filijs Israel. vt habetur
Josue. viij. Isti enim aua-
ri magis volunt vigilare et
multa alia opera grandia
facere pro nummo q̄z pro
deo. sed pro dei amore nihil
Et ideo dicitur Psalē p̄mo
Omnes diligunt munera
et sequuntur retributōnes.
Itē aliqui magis diligunt
ebrietatem et gulam q̄z deū
Talis fuit ille de quo nar-
rat trogus pompeius qui
fuit quidam tyrannus qui
intantum dilexit ebrietates
q̄ visum oculozum amisit.
Unde dicit Salien⁹ q̄ op-
tima medicina p̄visu ocul-
lozum ac etiam pro stoma-
cho est vti moderate cibus
et potibus. voracitatē sectā-
tes vitā propriam abbrevi-
ant. et seipos manibus pro-
prijs occidunt. et bona sua
inordinate consumūt. Vñ
dicit Psouerb. xxi. Qui di-
ligit epulas in egestate erit
B Secūdo debem⁹
diligere deū ex tota anima

dulciter contra delectatōes
 carnis. Unde dicit Beda
 in omelia quadam sup ver/
 bo illo. Si diligitis me mā/
 data mea seruate. Vere in/
 quit diligere est non ipsam
 dilectionem labijs loqui. s;
 mādata dei que per doctri/
 nam christi habemus ope/
 re seruare. Unde bñs Jo/
 hānes dicit. Filij mei nō
 diligamus lingua et verbo
 sed opere et veritate. hoc est
 q̄ dicit beatus Gregorius
 in quadam omelia. **I**deo/
 batio dilectionis est exhibi/
 tio operis. Et hinc est q̄ io/
 hānes in epistola ait. Qui
 dicit diligo deum et māda/
 ta eius nō custodit mēdā/
 est. Vere inquit Gregori⁹
 deum diligimus si manda/
 ta eius custodimus. ⁊ a no/
 stris voluptatibus nos co/
 artamus. Sed timendum
 est q̄ amor carnalis volup/
 tatis amorem dei extinguat
 et multa alia inducit. Exē/
 plum hui⁹ habemus Ge/
 nesis. xlix. quomodo Bu;

ben habuit maledictionem
 patris sui. vnde dixit ei. **N**ō
 crescas in bonis. scz tempo/
 ralib⁹. qz violasti stratū pa/
 tris tui. et hoc fecit qñ cōcu/
 buit cū Bala q̄ fuit cōcubi/
 na patris sui Jacob. Itēz
 habet. iij. Regū. xj. quō Sa/
 lomon qui fuit rex sapiētis/
 simus. q̄a adamauit mulie/
 res alienigenas reliq̄t diui/
 nū a morem ⁊ adorauit de/
 os falsos. statim destruct⁹
 fuit. Itē habet Judicū. xvj
 quō Sampson q̄ mille vi/
 ros cū mandibula asini oc/
 cidit ppter amorem inordina/
 tū mulieris fuit exoculat⁹ ⁊
 tandē interfect⁹. Et ideo dicit
Ideholome⁹ in suo alma/
 gesto. q̄ qñ accidit i p̄iunctō/
 ne planetarū planetā malis
 uolū hēre dominiū tūc acci/
 dit pestiētia fames ⁊ bellūz
 aut aliq̄ aliud infortunū
Ideodo p̄simili ex p̄iunctōe
 adulteroz q̄ voluptatibus
 carnis se balneant tunc ac/
 cidūt multa mala. vt homi/
 cidij. furtij. et huiusmodi.

Sermo. X

Exemplum ad hoc habetur
.ij. Regum. xi. de Bauid
qui quando cecidit in adul-
terium occidi fecit optimū
militem suum Uriam . et
sic ut communiter dicitur
adulteri et fornicatores ef-
ficiuntur latrones et fures
Unde Iohannis . .ij. habe-
tur . Dixerunt homines
magis tenebras q̄s lucem .
Unde luxuria bene potest
assimulari tenebris . q̄a sem-
per diligit tenebras . Hunc
amorem carnalem qui di-
uidit ab amore dei et fugit
a luce . id ē . a sole iusticie vi-
tauit sanctus Ioseph . Ha-
beur enim Genes. xxxix. q̄
proxor Iuditharis vidēs io-
seph pulchrum elegantem
et formosum cōcupiuit euz
amore inordinato . qui ren-
nuens amorem talem no-
luit suis blandis sermoni-
bus adquiescere . vna tamē
dieum dum Ioseph intra-
uit cameram solus . eadem
mulier instigauit eum ad
luxuriam et pallium eius

tenuit . quo relicto fugit . qui
postmodum fuit false accu-
satus et incarceratus . Iste
enī Ioseph fuit dīnio amo-
re inflāmatuz . et ideo amo-
rem carnalis voluptatis
fugit . Unde Augustinus
Inter omnia certamina cri-
stianorum duriora sūt cer-
tamina castitatis . quia ibi
est quotidiana pugna . sed
rara victoria . Necessē est
ergo cuilibet dominum be-
ne diligenti omnes volup-
tatis occasiones fugere si
velit palmam castitatis ha-
bere . Et Habet in histo-
rijs Romanorum . q̄ fuit
quidam imperator qui odi-
uit societatem mulierū . At-
tamen sibi consultū fuit q̄
cōmunicaret cū illis p̄ me-
diatrices dyaboli . Tandē
tū requisitus quare noluit
amare mulieres . Respon-
dit q̄ propter tres causas .
Pr̄ma erat q̄ noluit piurus
fieri . iurauit ei q̄ nūq̄ mul-
lierē t̄ā get . Sc̄da causa fuit
q̄ noluit sc̄p̄m diffamare .

Nam peccatū carnis quā
 uis sit minoris culpe. est ta
 men maioris infamie. **S**m
Brego. Tertia causa fuit
 quia noluit seipsum macu
 lare. **L**uxuria enim inqui
 nat tam animā q̄z corpus.
 de hac feditate loquit̄ **U**a
 le. l. i. iij. **Q**uid inquit luxu
 ria fetidius vel damnosius.
 qua virtutes destruuntur.
 gloria in infamiam cōuer
 titur. vires corporis impu
 gnantur. et omnis fortuna
 bonorum et diuitiarū tolli
 tur. **H**ec ille. **I**gitur amorē
 carnalem fugiamus et do
 minuz tota mente ⁊ anima
 diligamus. **U**nde dicit ps.
Qui diligitis dominū odi
 temalum. **U**nde tria debe
 rent nos mouere ad domi
 num diligendum. videlicet
 beneficiū creationis. benefi
 cium redemptionis. et be
 neficiū gubernationis.

S De primo loquit̄
Bernardus in quodam ser
 mone sic dicens. **C**ogita q̄
 lem te fecit **S**m corpus egre

giam creaturam. corp⁹ ba
 bentem rectum. in signuz q̄
 semper tua dilectio ad do
 minum debet esse intenta.
 quantū ad animā **S**m ima
 ginem dei creatam. **E**t ideo
 dicit **H**ugo de archa **I**flor
 loquens ad seipsum. **A**ha
 gno debito es obligatus et
 multa a deo accepisti. et ni
 bil de teipso. et pro omnib⁹
 istis non habes quid tribu
 as nisi tantū vt diligas do
 minū. **N**am quod per dile
 ctionem datum est non po
 test melius rependi q̄z per
 dilectionem. **S**ecundū est
 beneficiū redemptionis.
Unde dicit **B**ernard⁹ sup
 cantica. **O** bone **J**esu om
 nia te probant amabilē mi
 hi. sed mors quam sustinu
 isti hec omnino amorē me
 um vendicat sibi totū. **H**ec
 enim est que ineam dilectō
 nem blāde allicit et iuste eri
 git. **T**ertiu beneficiū guber
 nationis nos mouere debz
 ad dei dilectionē. **H**anc gu
 bernationē exprimit **A**ugu.

Sermo. X

De spiritu et anima sic dices
Gratia dei et misericordia
semper preueniebat me. De
multis periculis liberauit
me. quando errabam redu
xit me. quando ignorabas
docuit me. quando trista
bar consolata est me. quan
do desperabam consolata
est me. quando cecidi erexit
me. et pro omnibus his ni
hil habeo rependere nisi ta
tum eum diligere. Hec ille.

Sed timendum
est quod multi sunt deo ingra
ti qui post beneficia a deo
recepta ab ipso recedunt.
De quibus loquitur scri
ptura Deuteronomio. xxxij. In
crassatus est dilectus et re
calatrat. incrassatus. im
pinguatus. dilatatus. De
reliquit deum factorem su
um etc. Cuius ingratitude
reprehenditur per gratitu
dinem bestie irrationalis.
De qua loquitur commē
tator super li. de animalibus
dicens quod fuit quidam nobi
lis qui domesticauit serpē

tem quendam nomine aspis
qui quotidie ueniebat ad
mensam domini sui nichil
mali faciendo. Iste aspis
per processum temporis ha
buit duos catulos quos
duxit secum communiter
ad mensam domini. Elcei
dit tamen quod unus de catu
lis aspidis interfecit filium
domini sui quem maxime
dilexit. quod factum uidēs
mater aspidum coram om
nibus qui erant in aula p
prios catulos interfecit. Ec
ce quanta gratitudo et dile
ctio fuit in bestia irrationa
li. ideo a multo fortiori de
bemus nos ostendere dile
ctionem et gratitudinē deo
nostro qui tot et tanta bene
ficia nobis contulit. et prior
nos dilexit. ut habetur pri
ma Iohannis. iij. ubi sic in
quit. In hoc est caritas. nō
quasi nos dilexerimus de
um. sed quoniam ipse prior
dilexit nos. et misit filium
suum propiciationem pro
peccatis nostris. tamen ni

Sermo. X

bil petit a nobis nisi amo-
rem cordis nostri. **O**sten-
dit nobis insuper amorem
in hoc qd deleuit peccata no-
stra. quia per baptismum
qui cepit efficaciam a chri-
sti plenitudine deleuit pec-
catum originale. et per pe-
nitentiam peccatum actua-
le. **I**deo dicitur
Apocalipsis primo. **B**ile-
xit nos et lauit nos a pecca-
tis nostris in sanguine suo
Tertio dixi qd debemus di-
ligere deum tota mente for-
titer contra mundi cupidi-
tatem. quia dicitur **E**cclē-
siastici. xxvij. **Q**ui querit
locupletari auertit oculum
scilicet cordis a deo. **N**an-
q3 quicumq3 voluerit. id est
appetit amicus fieri huius
mundi vel seculi inimicus
dei cōstituitur **J**acobi. iij.
Nihil est facilius q3 deum
diligere fortiter. quia verus
amor dei nec aduersitate de-
ijatur nec prosperitate sub-
ijatur. nec timet fluctū mū-

danarum sollicitudinum.
nec formidat temptatōnes
demonum. **E**t ideo dicitur
Canti. **F**ortis est vt mors
dilectio. scilicet dei. dilectio
vera dei fortior est ipa mor-
te. quia nec mori nec vite
parcit. vt patuit aliquādo
in sanctis martiribus. **E**t
ideo dicit **A**pōstol⁹ ad Ro-
manos. viij. **Q**uis nos se-
parabit a caritate xp̄i. **A**n
tribulatio .i. corporis affli-
ctio **A**n angustia sc3 mēns
anxietas. **A**n persecutio q̄
est de loco ad locum fuga-
tio. **A**n fames. id est. caren-
tia victus. **A**n nuditas. id
est. carentia vestium. **A**n
periculum. id est. asperitas
mors. **A**n gladius. id est.
mors. **C**ertus sum enim
inquit qd neq3 mors. neq3
vita. neq3 fortitudo. neq3
profundum. neq3 creatu-
ra aliqua separabit nos
a caritate dei que est in cri-
sto **J**esu. **E**xemplum hui⁹
habetur in arte tincture.

Sermo. X

Si pannus fuerit intinctus colore coccineo non potest illo colore spoliari. quāuis lauetur. quāuis verberetur quia cuius pānum corripes quā susceptum auferas colorem. **M**odo consimile est de caritate dei. Si enim anima humana fuerit intincta diuino amore cuius moreretur quā illum amorem dimitteret. **I**sto modo fuerunt multi martires uncti. ut **L**aurētius. **B**artholomeus. et ceteri qui pro christi nomine mortē sustinuerunt. **U**nde experientia docet quod cera calefacta si impriatur sigillum. figura sigilli remanet in cera. et si fuerit frigida et dura non recipit impressionem sigilli. **M**odo consimili cor quod est calefactum igne diuini amoris si fuerit applicatum christo per memoriam passio nis eius statim remanet impressio vulnerum christi in corde eius. **S**ed si cor fuerit induratum propter

catum mortale. sigillum diuini amoris in tali corde imprimi non potest. **Q**uā multi sunt tales qui habent corda indurata. et ideo dilectio domini non potest imprimi in cordibus ipsorum. **T**ales sunt amatores mundi qui nunquam de deo cogitant nec de celestibus. sed semper de terrenis. ac si non esset spes future glorie. **T**alis fuit ille **C**alippus qui fuit maior saracenorum. de quo narrat **M**arcus paulus de gestis **I**ndorum. cuius ciuitates obsedit rex tartarorum. et tamen intra ciuitatem erant quinque milia equitum **C**alippus predictus habuit vnam turrim plenam auro et aliam plenam argento et lapidibus preciosis. in tantum namque dilexit thesaurum suum quod noluit aliquid de eo expendere circa armatos ad defendendum se et suam ciuitatem. **E**t ideo rex tartarorum cepit illum et omnia bona sua et clausit illum et omnia bona

Sermo. X

sua in vna turri sine cibo et potu. Et ait illi. Si bñctus bel aurum non tam aude reseruasses. te ipsum et ciuitatem defendisses. Nunc adiuuette bel aurum tuum quod tantum dilexisti. Sic ergo quarto die fame perijt. et miserabiliter mortuus est. Talis fuit ille Abal. qui in tantum dilexit diuitias suas quod David in magna necessitate existenti noluit de bonis suis communicare. et ideo nimio timore et duricia cordis subito moriebatur. ut habetur. i. Regum. xxv. Igitur istam duriciam et tenacitatem cordis relinquitte. et amorem dei in cordibus vestris imprimite. quia dicit Deus. i. q. dominus dixit filiis Israel. Si dilexeritis dominum deum vestrum et serueritis ei in toto corde vestro dabo vobis pluuias temporibus vestris. arborum vestre replebuntur fructibus. Dormietisq; et non erit qui vos exterreat. Istis

igitur tribus modis deum diligatis. ut vitam eternam possideatis. Secundo

principaliter dixi quod proximus est diligendus tripliciter. videlicet veraciter sine simulatione. sapienter sine peccati nutritione. et perseueranter sine cessatione. It

Primo dico quod debemus diligere proximum veraciter sine simulatione. ut ait Apostolus ad Romanos. Dilectio sine simulatione. hoc sit in vobis. Simulatio est quando quis ore ostendit amicitiam et in corde machinatur dolum siue fraudem. Et ideo dicit Sapiens. Proverbiorum. xi. Simulatio ore decipit amicum suum. Figura huius habetur. i. Regum. xx. de Joab qui fuit miles nobilis cum David venit quondam ad militem quendam nomine Amasa. ostendens ei amicitiam dicens. Salue mi frater. Et tenuit manu dextram eius quasi oscu

lans eum et percussit eum in
 inguine et mortuus est La
 lein fictam amiciciam ostē
 dit Judas proditor osculi
 dans christo in signum di
 lectionis et amicicie. tamen
 in corde odiuit euz et occul
 te prodebat eū iudeis. vt ha
 betur Luce. xxiij. Et iō chri
 stus volens trahere euz ad
 veram amiciciam dixit sibi
 Amice ad quid venisti La
 li s fuit dilectio Amō qua
 dilexit sororem suam Lba
 mar. qui ostēdit sibi blan
 da verba dilectionis donec
 compleret voluptatem su
 am cum illa. Sed comple
 ta voluptate sua odiuit eaz
 plus q̄z antedilexit. vt habe
 tur. .ij. Regum. xiiij. Item
 habetur quomodo Saul
 ostēdit multa signa dilectō
 nis Dauid. et dedit illi Absi
 chol filiam suam in vxorez.
 in signuz dilectionis et ami
 cicie. et tamen occulte ode
 rat illum et voluit eum oc
 cidisse. vt patet. .i. Regum. x
 viij. et xix. Et. .ij. Reguz. xiiij.

quomodo Absolon ostēten
 dit amiciciā frī suo amenon.
 vocando ipsum ad cōuiuuiuz
 um. et dum in modo fuit in cō
 uiuiū occidit eum fraudulens
 lenter. **L** Et ideo obbes
 atus Augustinus dicit t q̄
 melior est inimicus publi
 cus q̄z fictus amicus. quia
 de publico inimico potest
 homo precauere et eius ma
 liciam fugere. sed amicum
 fictum non potest cogno
 scere. Et ideo tales ficti et fal
 si amici maxime sunt timē
 di. et eorum dilectio preteen
 sa maxime fugienda est. neo
 q̄ est simulata. Contra ve
 ro ex vera dilectione multa
 bona proueniunt. vt refert
 Iulius de vera amicicia.
 q̄ olim erāt duo amici fide
 les qui se mutuo veraciter
 dilexerunt. quorum vnus
 vocabatur Baimon. et al
 ter Iuditheas. Contigit autē
 q̄ Bionisius tirānus Iudi
 theam consecutus fuit vsqz
 ad mortem. in tantum q̄ in
 carceratus fuit. vnde alter

Sermo X

amicus Damon vidēs su-
um amicum ita iniuriose in-
carceratum adiuit Dionis-
ium tyrannū. rogans qua-
tenus dignaretur recipere
ipsum in carcerē loco ami-
ci sui. quoniam transiret ad
uxorem suam et disponderet
pro bonis suis. Dionisius
consensit sub tali conditio-
ne. q̄ si non rediret mortem
pro illo subiret. Quo pacto
rediit. Idubas die statuto
ad carcerem pro liberatio-
ne amici sui. Unde Byo-
nisius considerans fideles
animum et verā amiciciaz
inter illos omnem maliciā
suam amittit. rogans illos
recipere illum in tertium gra-
dum amicicie sue. Et ideo
dicitur Ecclesiastici sexto.
Amico fideli nulla est com-
paratio. et nō est digna pō-
deratio auri et argenti con-
tra bonitatem fidei illius.
Hinc est q̄ dicit Quintili-
anus libro secundo. ca. viij.
Quid est humano generi
facilius q̄ si omnes homi-

nes essent amici. quia tunc
nō essent atrocina nec bel-
la nec contentiones. Hęc
amicicia est voluntatū cō-
muniō et facultatum acti-
uitate solatium. Hęc ille.

Unde Aristoteles probat
viij. Ethicorum. q̄ amicicia
est tam necessaria cuiuslibet
communitati et persone q̄
nullus eligeret viuere sine
amicicia. Et ideo amicicia
est necessaria diuitib⁹. pau-
peribus. iuuenibus. et seni-
bus. Primo diuitibus. q̄
diuites si careant amicicia
sine dilectione amicorū bre-
uiter possunt spoliari et pro-
diuitijs suis interfici. vnde
raro inter diuites iuenit ca-
ritas. Figura b⁹ habet Be-
nelis. xij. de Loth et Abra-
ham q̄ habuerit multa peco-
ra. et idō orta fuit magis discor-
dia inter pastores eorū. Itē
diuitib⁹ multi insidiant pra-
ctitando et imaginādo quā-
tū diuitie illorū auferri. Et
idō psulit illi xps Luce. xviij.
Facite vobis amicos. ꝛc.

Sermo. X.

Secundo dilectio est necessaria pauperibus. quia pauperi est singulare solacium habere amicum qui vult et potest illum in penuria sua releuare. Tertio dilectio est necessaria senibus cum sint debiles et impotentes ad se ipsos iuandos. Et ideo dicit Aristoteles in sua rethorica. quod senes sunt miseratiui et cito remittunt culpas iuuenum quando sciunt se indigere eorum amicitia. Quarto dilectio est necessaria iuuenibus. quia dicit Aristoteles secundo rethorice. cap. xxviii. narrando conditiones iuuenum. quod iuuenes inclinantur ad voluptates. amant honores. et ideo ut communiter sunt presumptuosi. sunt amatores risus et ludorum. et ideo indigent amicis qui ab istis iniquitatibus illos cohibeant et castigent. alioquin nunquam fierent virtuosus. Item cuiuslibet ciuitati necessaria est amicitia. in tantum quod dicit Aris-

totiles. iiii. Ethicorum. quod multi legisperiti in correctionibus suis faciendis dimittunt iusticiam legis ut conseruent dilectiones et amorem. ne lites et discordie oriantur inter ciues. quia ubi est discordia ibi est destructio. Et ideo dicit Aristoteles quod amicitia est magis necessaria inter ciues et communitates quam iusticia. Unde Augustinus libro. xix. de ciuitate dei dicit. quod non est populus siue communitas nisi si sit inter eos caritas. et dilectio. quia populus est multitudo hominum in amica communitate associata. Hec ille. Unde Augustinus super Iob. omelia. lxx. Episcopus dilectionem proximi commemorat dicens. Ad datum nouum do vobis. ut diligatis inuicem sicut dilexi vos. ubi ut dicit Augustinus. non facit dilectionem dei. sed bene intelligentibus utrunque mandatum inuenitur in sententijs. quia

Sermo. X

qui diligit deum nō potest ipsum contemnere quē deus diligi precipit. et qui diligit proximum quid in eo diligit nisi deum. Hec Aug. Et ideo potest bene intelligi quod nullus potest merito diligere deum odiendo proximum. Et hoc videtur dicere ad Roma. xij. ubi dicitur quod omne mandatum legis impletur in hoc verbo. Diliges proximum tuum sicut teipsum. id est. eo ordine quo teipsum. hoc est infra deum et supra omnia bona temporalia quod est contra illos qui diligunt canes vel animalia brutata quam proximum. Vel sic debet exponi. vel ad id quod teipsum diligis. scilicet ad vitam gratie et glorie. et sic qui diligit dominum est verus observator legis diuine. Unde dicit apostolus ad Romanos. xij. Qui diligit proximum legem impleuit.

Ad Secundo dicitur quod debemus diligere proximum sine peccati nutritione sapi

enter. vnde Augustinus. Sic diligendi sunt homines ut non diligantur eorum errores. Unde amatores viciorum in suis amicitijs similes sunt demonibus. qui in hoc tantum conueniunt ut homines fallant siue subuertant sicut maligni amicos suos ut iuuent ipsos ad eundem in infernum. quia quicquid fecerint pro amore inordinato sic excecantur quod reputant beneficium. Figura huius dilectionis insipientis habetur in euangelio Luce. xiiij. de Herode et pilato. Contra istum amorem loquitur apostolus. i. Corinth. xiiij. Caritas non agit perperam. id est. peruersam. non est ambiciosa. id est. non vult alijs preponi. non cogitat malum. id est. non vult nocere alicui. non gaudet super iniquitate. id est. dolet videns aliquem irruere in iniquitatem. non gaudet autem veritati. id est. operibus iusticie et veritatis. Isto igitur modo dili

gendus est proximus ut se diligamus eius animam et non eius vicia. Hinc dicit Apostolus ad Roma. xiiij. Dilectio proximi malum non operatur. Glo. Qui diligit homines quia iusti sunt aut iusti fiant sapienter diligit. Quilibet enim debet diligere seipsum quia iustus est. vel quia iustus fiat. Qui et aliter diligit se iniuste diligit se. qui autem diligere se nescit. nec proximum sicut diligere sicut seipsum. In Augustin^o sicut prius. Si non veris diligere te ipsum committo tibi proximum ut eum diligas tanquam te ipsum. Si autem non scis diligere te ipsum timeo ne decipias proximum sicut decipis teipsum. Hec ille. In bono ergo proximus est diligendus et non in malo. Unde Aristoteles nono Ethicorum soluit tres questiones notabiles.

Prima est. ponatur aliquis coniugatur cum viro bono in amicitia et postea

puerit. et fiat malus. Vtrum societas eius sit relinquenda an non. Secunda est. an statim debet quis eius amicitiam relinquere. an expectare eius conversionem ad virtutes. Tertia questio est. Vtrum post dissolutionem amicitie debet homo se habere magis extranee ei quam si nunquam fuisset eius amicus. Ad primam questionem respondet dicens primo. quod non est possibile quod ille diligatur a virtuoso cuius malicia est virtuoso manifesta. quia solum bonum honestum diligitur a virtuoso. Secundo dicit quod non debet vir honestus talem viciosum diligere sed omnino dissolvere eius amicitiam. Et ratio est quia non est possibile ut vera amicitia conservetur in malo. quin in amante generetur aliqua similitudo malicie et peccati. Ad secundam questionem respondet distinguendo vtrum talis peccator potest reduci ad virtutem.

Sermo. X

tem vel non. et sic non debet homo statim abijcere amicum suum sed adiuuare vt reducatur ad bonum. Si vero non petit reduci sicut sunt illi qui sunt indurati et inueterati dierum malorum statim debet eius societates relinquere. et hoc non est inconueniens. quia tunc non fuit amicus huic vicioso sed virtuoso. ideo dicit Aristoteles. Qui simulant se virtuosos esse vt habeant amicitiam cum bonis et virtuosis et latenter sunt mali. sunt quasi proditores et falsi amici. Ad tertiam questionem respondet quod si dissolutio amicitie fiat propter habundantiam peccati vel malicie. homo debet semagis reddere extraneum sibi quam alij que nunquam cognouit. pro tanto quod eum decepit et sibi verekundiam fecit. Ex quibus patet manifeste quod amicitia malorum est fugienda et relinquenda. et dilectio virtuosorum est amplectenda.

Dicit enim Tullius in libro de amicitia. quod vera amicitia non potest esse nisi inter bonos et virtuosos. Unde narrat quod quidam nobilis habuit tres amicos quos semel inuitauit ad prandium et in fine prandij posuit ante eos tria poma quorum quodlibet erat ex vna parte corruptum. Primum amicum noluit aliquid illorum tangere. et ideo fuit reputatus incurialis. Secundum amicum gustauit vnum pomum totaliter non dimittendo propter corruptam plusquam partem integram. et ideo fatuus dicebatur. Sed tertium gustauit vnum pomum sed tantum comedit partem sanam. corruptam relinquendo. et ideo curialis sapiens et doctus dicebatur. Adoraliter pistofres amicos intelligo tria genera hominum. vnde quidam sunt in tanta malicia obdurati quod quamquam homo fuerit virtuosus nunquam eum diligere. immo si quid boni fecerit semper eis displiceret et nunquam placeret.

Sermo. X

Talis fuit ille Saul q̄ post
victoriam Dauid de Ho/
lia habitam. quia mulieres
ciuitatis magis Dauid cō/
mendabant q̄ ipsū. Saul
nunq̄ rectis oculis inspi-
cebat eum. vt habetur. i. Re/
gum. xvij. Secundo aliq̄
sunt ita infatuati per amo-
rem inordinatum q̄ quic-
quid homines fecerint siue
bonum siue malum semp
reputant bene factum. et ita
fatue diligunt q̄ nesciūt di-
uidere corruptum ab incor-
rupto. Tertio sunt aliqui
qui sapienter et discrete dili-
gunt in proximo virtutem
et odiunt maliciam et vicia
in eodem. Discrete igitur et
sapienter proximus est dili-
gend⁹. Tertio principa-
liter dixi q̄ debemus dilige-
re proximum fortiter et cō-
stāter sine cessatione. vnde
Salom. Proverbiorum. xvij.
Omni tempore diligit qui
amicus est. Talis fuit dile-
ctio inter Jonathan et Da-
uid. Jonathan enim i om-

ni aduersitate et persecutio-
ne Dauid fuit semper ei fi-
delis amicus et premonuit
eum de malicia patris sui
Saul. vt habetur. i. Regum
.xix. Item habetur Exodi
.xxxij. quomodo Moyses
intantum dilexit populum
Israel q̄ dixit domino. Mi-
tute eis hanc noxam aut
si non facis dele me et lib-
ro quem scripsisti. id est. de li-
bro vite. Item habetur Lu-
ce. x. quomodo Samarita-
nus commendatur de cari-
tate et compassione quam
habuit super proximum su-
um alligando vulnera ei⁹
et ducendo in stabulum.
Hinc inquit Iohannes in
epistola. j. Iohannis. iij.
Si quis habuerit substan-
tiam huius mundi. et vide-
rit fratrem suum necessita-
tem habere et clauerit visce-
ra sua ab illo. quomodo ca-
ritas dei manet cum illo. q̄
diceret. nullo modo. *Id*

Sed timendum est q̄
multi diligunt proximum in

Sermo. X

constanter. sicut hi qui diligunt propter utilitatē tantum. contra quos loquitur Seneca in quadam epistola sic dicens. Illa est falsa amicitia que commodum intendit et non amorem. Et ideo inquit Aristoteles. viij Ethicorum. Diligētes propter utilitatem sunt amici nūmi. Et hoc plangit Qui dius libro secundo de pontico dicens.

Turpe quidē dictu sed modo vera fatemur.

Vulgus amicitias utilitate probat.

Cessante ergo utilitate et prosperitate cessat talis dilectio et amicitia. Ideo sic inquit.

Exemplo didici quod utilitatis amici.

Res amplectunt. nō nos sed nostra sequunt.

Non sunt persone sed prosperitatis amici.

Et ideo dicit Gregorius in moralibus. Cum quis sit positus in prosperitate et di-

ligitur. incertum est an prosperitas an persona diligatur. Qui in aduersitate proximum deserit aperte monstrat quod hunc in prosperitate non amavit. Tales diligunt proximos sicut canis diligit os. qui diligit illud quod potest ex illo aliquid carnis accipere vel lucrari. Deficiente vero carne os deserit et relinquit. Sic faciunt amici tales ficti. de quibus dicitur Ecclesiastici sexto. Est amicus secundum tempus suum. et non permanebit in die tribulationis. Talis non fuit Abiathar qui diligebat David non tantum tempore prosperitatis sed etiam aduersitatis. nunciauit enim David maliciam Saul regis. quomodo occidit sacerdotes domini et destruxit eorum civitatem. eo quod receperunt David hospitiū una nocte. ut habetur. i. Regum xxiij. Item constanter diligebat armiger saulis dominum suū Saul. qui vidēs

cum interfectum et mortuum noluit ulterius viuere. sed seipsum gladio interfecit. ut habetur. j. Regū. xxxj. Unde Apostolus ad Romanos tredecimo. Memini quicquid debeatis nisi ut inuicem diligatis. constantes scilicet et fideliter. Narrat enim Augustinus libro. v. de ciuitate dei. de quodam ciue Romano Fabricio nomine. quem Romani miserunt ad regem Epirotarum pro captiuis Romanorum redimendis. quos habuit predictus rex Epirotarum in carceribus diuersis. Audiens autem rex Epirotarum quod ipse Fabricius erat pauper et indigens multo auro et pecunia obtulit ei quartam partem regni sui. eo pacto quod ciues suos Romanos relinqueret. et sibi adbereret et ipsum super omnia diligeret. Sed iste Fabricius noluit sibi consentire. sed omnia sibi promissa contempsit. quod rex valde

admirabatur et ipsum constantem amicum et fidelem amatorem considerans. omnes captiuos Romanorum tribuit sibi a pacem et dilectionem cum Romanis & cetero petijt. quam per ipsum obtinuit. Ex qua historia habetur quanta bona proueniunt ex fidei amore.

Q Sed timendum est quod duo genera hominum impediunt veram dilectionem. videlicet iracundiam et inuidiam. Dicit enim Aristoteles quarto Ethicorum. quod tria sunt genera iracundorum. Quidam sunt acuti et tales sunt illi qui leuiter irascuntur et cito quiescunt. et illud est bonum et optimum quod habent quod non retinent iram in corde celando maliciam usque ad tempus vindicte. Secundo quidam sunt amari. qui in ira sua diu perseverant. sed occultant et non ostendunt exterius donec poterunt vindicare. et isti indigent mul

Sermo X

to tempore vt delectant me/
lancoliam suā. Tertij sunt
difficiles qui nunquam ces/
sant ab ira concepta donec
vindidentur. et isti sunt pel/
simi et vindicatiui ⁊ destru/
ctores caritatis. Unde re/
fert Seneca libro suo de ira
de quodam iudice furore ⁊
ira succenjo. qui condem/
nauit tres milites innocen/
tes. isto modo. vnu m ius/
sit occidi. quia venit ad illū
sine commilitone. impo/
nens ei false q̄ socium suuz
interfecit. Cum ergo alius
miles ex p̄cepto iudicis du/
ceret ipsum ad mortem ob/
uiauit socio militis sano et
incolumi. qui rediens ad
iudicem presentauit sibi mi/
litem damnatum et sociuz
commilitonem. quod vi/
dens tyrannus omnes tres
occidi iussit. Primum quia
damnatus fuit. Secundū
quia causa damnationis
fuit. Et tertium quia iudi/
ci non obediuit. Et idō sub/
dit Seneca. Quisq̄ pronā ē

iracūdia ad fingendū cau/
sas vindicte. Habet ergo
iracundia hoc malū q̄ non
vult regi veritate nec iusti/
cia. nec ratione. sed si aliqd
sit contra eius voluntatem
statim nititur se vindicare.
Et ideo consulit nobis Ja/
cobus apostolus Jacobi. i
Sit omnis homo tardus
ad iram. Ira enim viri iu/
sticiam dei non operatur.
Ira enim in puniendo ne/
scit modū et ideo iudices et
prelati non debent se vindi/
care stante motu iracūdie
sue. Hinc narrat Valer⁹
libro quarto de quodā phi/
losopho sapiente. qui irat⁹
seruo suo. dixit ei. De te su/
merem vindictam si iratus
nō esse ⁊ sic distulit iusticiā
correctōis donec habuit pa/
tientia. Unde dicit Aristo.
li. d. animalib⁹ q̄ apis post/
q̄z p̄didit aculeū suum cito
moritur. Q̄modo consumili
est de homine iracūdo q̄ ex/
grēdo maliciā p̄ra primū
suū v̄bo vel ope. ledēdo eū

Sermo. X

in bonis temporalibus. in fama aut persona. ipse spiritaliter interficit seipsum. Et ideo dicitur Job. v. Tirum stultum interficit iracundia. et paruulum occidit inuidia. Unde habetur Apoca. vi. q. Johannes vidit equum rufum et q. sedebat super eum data fuit ei potestas sumere pacem de terra. Moraliter per istum equum intelligo iracundum super quem dyabolus habet potestatem adducendi de peccato in peccatum. q. tanta est malicia in cordibus hominum q. dyabolus habet potestatem suscitandi bella et dissensiones quasi in toto orbe. Et ideo consulit Sapientis Proverb. xxi. Noli esse amicus homini iracundo. Inuidia etiam vt dixi impediunt veram dilectionem. Unde dicit Petrus rauennensis. omelia. iiii. q. inuidia fecit q. tota latitudo terre duobus fratribus erat angustata. ipsa consuluit germanum

occidere. Et subdit. Omnibus malis peior est inuidia. Hec Petrus. Unde habetur ij. Machabeorum. xiiii. q. Machabeanorum dux exercitus regis Demetrii videns animi audaciam Jude machabei peruenit ab eo amicitiam et percusserunt fedus. quod pendens Alcibiades qui fuit summus sacerdos in iudea narrauit regi Demetrio q. Machabeanorum asserebat alienis regibus q. insidiatorem regni faceret suum successorum. Quod audiens rex Demetrius iussit Machabeano sub pena sui capitis q. caperet Judam et vincitum perduceret ad eum. Quibus auditis fugit Judas et postea amputauit caput Machabeanorum. Ex qua historia patet q. ex inuidia multa mala oriuntur. et ideo ipsas fugiendo veram dilectionem capiamus vt vitam possideamus eternam. Quam nobis concedat q. sine fine viuat et regnat. Amen.

Sermo. XI

Sequitur sermo
vndecimus.

Enire. Ita/
rissi/

v mi dicitur **Zlu:**
gustinus q̄ tria ge
nera hominum veniūt ad
sermonem. **A** **Ali:**
qui enim veniunt qui non
delectantur audire verbuz
dei. immo vix timent penas
eternas. cuiusmodi sunt in
durati in peccatis. et isti nō
referunt fructum sermonū
quia non habent humores
gratie. Secundo aliqui ve
niunt et delectantur audire
verbum dei. timētq; penas
sed non peccata deserūt. q̄a
suffocantur diuitijs huius
mundi et voluptatibus. et
ideo non referunt fructum
vt dicitur **Luce. viij.** Ter/
tio veniunt aliqui cum bo
no pposito recedendi a pec
catis ⁊ perseverandi in vir
tutibus. de quibus dicitur
in euangelio **Luce. vj.** Ve/
nerant vt audirent eum. et

sanarentur a languoribus
suis. Et isto modo omnes
boni et virtuosi veniunt.

Ut ergo possimus istam
conditionez habere orem⁹.

Pro processu huius ser
monis est breuiter aduertē
dum secunduz **Bernardū**
sermone. iij. de aduentu. q̄
triplex est aduentus christi
secundū tria tempora. **Chri/
stus** enim venit ad homi
nes in preterito humanam
naturaz assumendo buni
liter. venit ad homines in p
senti grāz suā nobis copio
se infundendo. et veniet cō/
tra homines in futuro pec
cata in iudicio potenter pu
niendo. In primo aduentu
venit generaliter propter ho
mines tam bonos q̄z ma
los. In secundo aduentu
venit tantū modo in bonos
Et in tertio aduentu veniet
contra malos. In pmo ad
uentu filius dei per suam
incarnationem fili⁹ homi
nis efficitur. In secūdo ad/
uentu filius hominis fili⁹

Ser. XI

dei per gratiam dei efficitur
sive constituitur. Et in ter-
tio aduentu ille qui inuē-
fuerit filius dyaboli penis
eternis deputabitur. **I**di-
mo et pncipaliter dixi q̄ cri-
stus venit ad homines hu-
manam naturam humiliē
assumendo. Unde circa ad-
uentum christi tres possūt
queri questiones. **P**rima
quis est et qualis fuit q̄ no-
stram naturam assumpsit
Secunda questio est quo-
modo naturam humanam
assumpsit. Et tertia est qua
de causa venit in hunc mū-
dum vt fieret homo morta-
lis. Ad p̄mam questionem
respondetur q̄ erat fili⁹ dei.
et non angelus. nec aliquis
alius sanctus existens in h
mundo. Et causam ponit
beatus Anselmus libro .ij.
Cur de⁹ homo. Nam an-
gelus non potuit quia ex se
ipso insufficiens fuit satis-
facere pro peccato proprio.
Nec purus homo eadē ra-
tione. **I**deo venit christus

deus factus homo. q̄ sicut
fuit verus deus eternaliter
ita temporaliter factus fuit
verus homo. **I**n quantum
erat deus potuit satisfacere
pro peccato humano. Con-
ueniens enī erat vt homo
p̄ homine satisfaceret. Sed
quia nullus homo purus
hoc potuit. conuenientissi-
mū erat vt deus homo hoc
faceret. **S**ed hic
queritur lrālīē qualit̄ vna
persona diuina potuit in-
carnari nō incarnata alia.
cum opera trinitatis ad ex-
tra sint indiuisa. et tūc si sic.
quare magis filius fuit in-
carnatus q̄ pater et spiri-
tus sanctus. **E**xemplū quā-
tum ad primum habetur ī
experientia de tribus puell-
is induentibus vnā illa-
rum. quarum quelibet ad
illam induitionem fecit idē
quod altera. et tamen sola
vna illarum induitur. **E**o-
dem modo est de christi in-
carnatione quam quelibet
trium personarum opera;

batur in filio. Unde quan-
doq; ipsa incarnatio attri-
buitur patri. vt patet p illd
Epof. ad Galat. iij. Misit
de^{us} filiū suum natū ex mu-
liere. Et aliqñ attribuit spi-
ritu sancto. vt habet Lu. j.
Spūs sanct^{us} supueniet i te.
Et aliquando attribuitur
ipsi filio Job. xvj. Exiui a
patre ⁊ veni in mundum. ⁊
tamen solus filius fuit icar-
natus. Et hoc propter vari-
as rationes. Prima ratio.
quia s̄m q̄ dicunt doctores
filius dei est imago patris
et similitudo. et homo quā-
do peccauit desiderauit si-
militudinem dei. ⁊ dyabo-
lus quando tēptauit hoīes
immisit sibi q̄ fieret similis
deo. vt patz Gen. iij. Ita q̄
diabolus in tēptando ⁊ ho-
in desiderādo speciali^{us} deli-
quit p̄tra filiū qui est simi-
litudo patris q̄ p̄tra p̄m
vel spiritū sanctum. et ideo fi-
lii dei magis conueniebat
p̄re q̄ spiritū sancto. Se-
cūda ratio est. q̄ in trāsgres-

sione parentis p̄mi iniuria
facta concernebat filiū spe-
cialiter. quia erat contra sa-
pientiam ⁊ propriatā filio.
Unde dixit dyabolus. Eri-
tis sicut dii scientes bonū ⁊
malum. Non dixit potētes
vel clementes. et ideo cōue-
nienter filius potius q̄z pa-
ter vel spūs sanctus fuit in-
carnatus. vt misereret ho-
mini et vndicaretur de dia-
bolo. Tercia ratio fuit vt il-
le qui fuit filius dei in diui-
nitate esset filius hominis
in humanitate. Cum ergo
queritur primo et principa-
liter qualis fuit qui fuit in-
carnatus. Dico sicut prius
q̄ verus filius dei in p̄pria
p̄sona. non angelus nec ho-
mo tantum. sed verus dei
filius. Ad hoc admonet ra-
tio specialis. et est bec. Itaq;
homo quando fuit factus
primo. fuit creatus ad liber-
tatem et dignitatem q̄ nul-
li fuisset subiectus nisi soli
deo. sed omnia alia deberēt
sibi subijci. iuxta illud psal.

Sermo. XI.

Omnia subiecisti sub pedibus eius oues et boues. ꝛc. Et causa fuit. vt ipse diligeret deum super omnia. S; postq; cecidit ab illa dignitate. si homo vel angelus redimeret. oporteret hominẽ eum diligere supreme. et sic tunc non fuisset restitutus ad tantã libertatem ad qm̃ tam creatus fuit. et ideo deus venit pro illo in carnem vt totum amorem humanum vendicaret sibi vt homo nullum preter deũ summe diligeret. Istud testat euangelista dicens. In propra venit. Et sequitur qd̃ dolendum est. Et sui eũ nõ receperunt. id est. illi qui p̃ suam creationem et redemptionẽ sũt sui. ipsum non receperunt. per bonam vitam sed vilipenderunt per superbiam. inuidiam. accidiam. ꝛc. Nec habent in memoria fidem sue incarnationis q̃ modo humiliavit seipsum pro generis humani salute ad sustinendum tot inuris

as et miseras. famem. sitim et opprobria. detractiones. infirmitates et penas. et iam dem mortem durissimam. et ideo de talibus ingratis peccatoribus conqueritur dominus Iohannis. v. dicens. Ego veni in nomine patris mei. et nõ accepistis me. Si alius venerit in nomine suo. illum accipietis. quasi diceret filij regum et dominorum mortalium et seruientes illorum cum bonore recipientur a vobis. s; me qui sum dei filius regis eterni non vultis recipere.

Sed bic queritur quare filius dei per tantus tempus distulit suã incarnationem. Dicitur secundum sanctum Thomam de veritatibus theologie. q̃ preter causas in sermone b̃ filiatione assignatas hec est precipua. videlicet vt manifestaret diuinam iusticiam. Per hoc enim q̃ per tantũ tempus suã incarnationem distulit. in primos pa

Sermo. XI

rentes exulantes a paradiso suam iusticiam in puni-
endo ostēdit. sed q̄ illos tā-
dem per suam passionē re-
demūt suam gratiam et mi-
sericordiam demonstravit
Et idē Apostol⁹. i. ad Timotheum. j. Iesus christ⁹
venit in hunc mundū pec-
catores saluos facere. Ad
secundā questōnem respō-
det q̄ quattuor modis ho-
mo producitur in hūc mū-
dum. Primus modus est
sine viro et femina. Et isto
modo fuit Adam creatus
a deo Secundo modus est
de viro sine femina. Et sic
Eua fuit facta de costa a de-
o ut habetur Genes. secundo
Tertius inodus est de vi-
ro et femina. et isto modo
genus humanum produ-
citur totum. sed cum pecca-
to originali. Quartus mo-
dus est de femina sine viro
Et isto modo fuit p̄ductus
filius dei. per operatōnem
spūs sancti. et iste modus in
carnationis fuit mirabilē

83
205
p̄figuratus in antiqua le-
ge. Primo per v̄gā aaron.
de qua dicitur Numeri. x.
vij. q̄ sine arte et studio ali-
cui⁹ floruit et p̄durit amig-
dala. Q̄modo consimili ma-
ria que per virgam aaron
designatur floruit per vir-
ginitatem et sanctitatem. et
protulit filium sine coniun-
ctione virilis consortij. Se-
cundo fuit p̄figurata per
rubum Moyli. de quo ha-
betur Exodi. iij. Cum veit
Moyles ad montē domi-
ni et apparuit ei domin⁹ in
flamma ignis in medio ru-
bi. et videbat q̄ rubus ar-
debat et non comburebat.
Q̄modo consimili Maria
virgo ardebat igne spi-
ritus sancti quando cōcipie-
bat in seipsa verum deum et
hominē sine cōbustione et
corruptiōe carnalis volup-
tatis. Item iste adventus
fuit p̄phetatus per Psal-
m. vij. dicentem. Ecce vir-
go concipiet et pariet filius.
Et. Item fuit p̄phetatus p̄
k

Ger. XI

Jacob dicentem Gen. xliij. Non auferetur sceptrū de iuda. id est. de illa tribu. nec dux de femore eius. donec veniat qui mittendus est. vnde christus incarnatus fuit in tēpore Herodis alie nigene. qui fuit de natione ydumeoz. quia post christi natiuitatem nullus regnauit super iudeam qui fuit d' tribu illa. Item iste aduentus fuit mirabilis ostensus per euidentiam multorum miraculorum. Dicit enim Orosius de ornesta mundi. et etiam Hieronymus et magister in cronicis suis. qm aduentu domini tanta pace vniuersalis orbis gaudebat. q' totū mūdo vnus imperator romanoꝝ rum pacifice dominabat. ita q' aduentus eius pacificus pacē omnibus demonstraret. Et ideo dicit Apostolus ad Ephe. ij. Venies euangelizauit pacem bis q' longe et bis qui prope. In cuius signuꝝ angeli in suo

aduentu clamauerunt pacem dicentes. Gloria in excelsis deo. ꝛc. Luca. ij. Et iō Romani templum pacis construxerunt pulcherrimū in quo statuas posuerunt Romuli. qui consulentes Apollinem quem pro deo colebant q' diu staret illud templum. et responsus fuit q' duraret quousq' v'go pareret filium. et tunc scriperunt in foribus templi litteras aureis. Templum pacis eternum. Quod templum eadeꝝ nocte et hora qua christus nascebatur corruit. in lignum q' virgo peperit. Item habetur in historia scolastica q' ante aduentuꝝ domini tres soles apparuerunt in oriente. qui paulatim in vnum corpus solare redacti sunt. Et hoc fuit factum ad designandum q' christus fuit natus. in quo fuerunt tres nature que in vnam personam conueniunt. videlicet caro. diuinitas. et anima. Item iste

omnis hęc scia
i. vocabit

Sermo. XI

aduentus fuit denunciatus
pastoribus vigilantibus super
greges suos. sicut bis in anno
consueverunt. videlicet in
utroque solsticio. primo est
uali circa festum sancti Iohannis
baptiste. et secundo
bimali circa festum natiuitatis
christi. Quia solem
gentiles tanquam deum colebant
apparuit eis angelus domini
et christum natum de virgine
nunciavit. Et quomodo eum
cognoscerent. dedit eis signum
dicens. Ite in bethleem et inuenietis
infantem pannis inuolutum et positum
in presepio. inter bouem
scilicet et asinum Luc. secundo
Ex quibus sequitur manifeste
quod modus sue incarnationis
fuit mirabiliter prefiguratus
et multipliciter prophetatus
necnon per miracula et euidentias
mirabiles demonstratus. Tertio
principaliter querebatur de
causa quare venit in mundum
hic ut fieret homo mortalis.

Respondet quod

propter diuersas causas.
Prima fuit quod natura diuina
non potuit sustinere opprobria
et penas. cum sit immortalis
et sempiterna. et ideo
oportuit illam induere aliam
naturam in qua posset
sustinere. et genus humanum
redimere. Secunda causa
fuit ut tanta foret humilitas
in christo qui redemit genus
humanum quanta fuit superbia
in Adam qui scilicet in
fecit genus humanum. et
quia tanta superbia fuit in
eo quod voluit equiparari ipsi
deo in scientia. contra tanta
fuit humilitas in christo quod
voluit esse homo mortalis. Tertia
causa fuit ad redimendum
genus humanum a potestate
dyaboli in qua erat ligatum
a tempore quo peccauit
Adam usque ad aduentum
domini. Et tria erant vincula
quibus homo erat ligatus
vinculum scilicet peccati
originalis. vinculum pene
infernalis. et vinculum
miserie corporalis. Ista tria vincula

Sermo. XI

christus post suum aduentum in passione dissoluit. et ianuam celi aperuit que omnibus erat clausa. et illi qui fuerunt detenti sub his vinculis multum desiderabant aduentum dñi. Unde dicit propheta Aggeus ca. ij. Veniet desideratus cunctis gentibus. Unde ante aduentum christi totum genus humanum errabat a via que ducebat ad celum. Figura huius habet Exodus. xvi. quomodo filij Israel errauerunt in solitudine quadraginta annis nec poterunt intrare terram promissionis quousque Josue filius Nun successor moysi eos introduxit. Unde et genus humanum in errore permansit donec Iesus filius dei venit et naturam nostram assumpsit. in qua mortem sustinuit. per quam nos in celum introduxit. Et ideo dicitur Luce. xix. Venit filius hominis querere et saluum facere quod perierat.

Dicunt doctores quod anime sanctorum sine peccato mortuum descendunt ad limbum patrum ante christi aduentum. ubi nullam sentiebant penam corporalem. ardois vel frigoris. sed tantum fuerunt in vno loco obscurissimo. carentes visione beatifica dei. quam maxime desiderabant et expectabant. cuius quidem visionis carentia fuit illis maxima pena. Ita secundum sanctum Augustinum. maximus gaudium sanctis in celo erit visio dei beatifica. Et ideo clamat ecclesia in persona eorum qui erant in limbo rogans patrem celestem mittere filium suum ad redimendum genus humanum ab illa fuitute dicens. Excita domine potentiam tuam et veni ut saluos facias nos. Cui concordat antiphona *Da donay et dux domus israel etc. veni ad redimendum nos in brachio extenso etc.* Habet enim in historijs romanorum quod quidam imperator

Sermo. XI

habebat filiam quā tenerri-
me diligebat. que dolo ⁊ fal-
lacia cuiusdam militis rap-
ta et violata tandem per
bonum virum ⁊ valentem
reducta fuit ad imperatorē
qui eam cuiusdam nobilis-
simi regis filio desposauit.
In nuptijs autē dedit im-
peratoꝝ filie sue tunicā pur-
puream. in cuius extremi-
tate erat scriptum. Omnia
dimisi tibi ne adicias. Se-
cundo dedit sibi anulum au-
reum. in cuius circuitu erat
scriptum. Quid feci tibi et
quare attendas. Ad orali-
ter per imperatorem istum
intelligo christum dei filiū
et per filiam animā que fu-
it rapta a dyabolo per pec-
catum. tandem per christi in-
carnationem ⁊ passionē re-
conciliata fuit et deo coniū-
cta. Per tunicam intelligo
christi corpus rubricatum
in passione. In hac tunica
erat scriptum. omnia dimi-
si tibi. quia te redemi. ⁊ ido
ne adicias. In cuius figu-

ra scribitur Iohannis. viij
q̄ postq̄ digito scripsit in
terram dixit mulieri in ad-
ulterio deprehense. Uade ⁊
iam amplius noli peccare.
Per anulum aureum intel-
ligo vulnus christi laterale
in quo erat scriptum. quid
feci tibi memento. q̄ me ip-
sum exinanivi formā serui
accipiens Sed quare. vt a
potestate dyaboli te libera-
rem. et ad regnum perduci
introducerez. Sed quid feci.
nūquid me humiliavi
homines vt hominē perdit-
um redimeretz. et ideo dixit
christus in euāgelio Ad
thei. xx. Non veni ministra-
ri sed ministrare ⁊ dare ani-
mam meā in redemptionē
p̄ multis. E In isto
nanq̄ aduentu christi ostē-
dit mirabilem humilitatē.
mirabilem paupertatem.
et mirabilem penalitatem
contra tria peccata. scilicet
superbiam. auariciam. et
luxuriam. quia dicitur. j.
Iohannis secundo. Om-

ne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis. aut concupiscentia oculorum aut supbia vite. Ad destruendum vero superbiam vite ostendit mirabilem humilitatem. Dicit enim **I**sidorus in suo almagesti. quod sol est centies sexagesies maior quam tota terra. et tamen apparet in conspectu nostro vir bicubite quantitatis. **M**odo consimili christus est maior omni creatura. non tantum centies .xx. sed infinites excedit omnem creaturam in potentia et virtute. et hoc fuit mirabilis humilitas quod ille qui sua diuinitate replet totum mundum in tam paruo corpore voluit concludi. **N**am dicit doctor quod christus fuit minimus homo qui fuit unquam vel erit. quia in primo instanti quo conceptus fuit de virgine fuit perfectus homo sicut perfectus deus. **I**n quantum fuit homo humiliavit se et fecit se inferiorem patri ce-

lesti. ipsemet dicente in persona hominis. **P**ater maior me est. sed fuit ei equalis in diuinitate. **S**ecundo fecit se inferiorem angelo. in quantum fuit homo mortalis et angelus est immortalis. **T**ertio fecit se inferiorem homine. quia ut dicit **L**uce secundo. **S**ubditus erat illis. scilicet **I**oseph et **M**aria. **E**t quibus patet quod christus in suo aduentu summam et mirabilem humilitatem ostendit. **E**t **i**dem dicit **I**ohannis. vi. **D**escendi de celo non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me. **S**ecundo ostendit in eius aduentu mirabilem paupertatem. **U**nde **C**hrystostomus super **M**attheum opere imperfecto. omelia secunda. **N**unquid inquit viderunt magi venientes ad christum palatium auro splendidum. nunquid viderunt matrem diademate coronatam aut in lecto aureo recubentem. **N**unquid viderunt

Sermo. XI

interrogat que
dicitur

runt puerū auro et purpura indutum. quasi diceret. non. sed viderunt diuersorium tenebrosū et sordidū. magis animalib⁹ aptū q̄z hominib⁹. ī quo nemo erat cōtētus iacere nisi coact⁹. Et ideo dicitur Luce sc̄do. Mater ei⁹ reclinauit eū in presepio. quia nō erat ei locus in diuersorio. Diuersorium vt dicit magister hystoriarum erat diuisum in duas partes. operimentū habens. sub quo ciues ad colloquendū pro aeris intemperie diuertebant. Vel sicut quosdam habetur q̄ rustici et simplices patrie qui veniebant ad forū animalia ibi ligabant. et ibi erat presepe constructū. ¶ Sed querit doctor de lira. quare christus voluit nasci ī tanta paupertate. Et respōdet propter duas causas. Prima est q̄ christus venit ad predicandū veritatē populo. ipso dicente Iohannis xviij. Ego ad hoc nat⁹ sum

et ad hoc veni in mundū. vt testimoniū p̄beas veritati. Cum ergo p̄dicatio veritatis multū impedit p̄ solitudinē temporalū. ideo elegit paupertatē vt liber⁹ vacaret p̄dicatiōni. Secūda causa fuit vt peccatores conuerteret ad penitentiaz. vnde ipsemet dicit Math. ix. Non veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiā. Et ideo ne iudei suspicarentur q̄ ppter diuitias temporalis peccatores puerterentur poti⁹ elegit paupertatē q̄z diuitias tēporales. Tertio christus ostendit in suo aduentu maximā penalitatem contra carnis lasciuā. Unde experientia docet q̄ quanto alicuius caro sit tenerior tanto pena acerbior. Sed caro christi fuit tenerior ma. quia suscepit carnes de purissimis guttis sanguis virginis gloriose. vt dicit Augustinus sup psalmū In te domine speraui. zc. Venit celestis medicus ad

Sermo. XI

terram. suscipere contume-
lias et dare honores. Mau-
rire dolores et prestare salu-
tem. Subire mortem et da-
re vitam. vt vitam habeant
et habundantius habeant.

Secundo punci-
paliter dixi q̄ christus pro
tempore venit in homines
mentem humanam copios-
se sua gratia illustrando.

Circa istū aduentū ē aduer-
tendum q̄ Christus venit
in mentem humanam tri-
plici de causa. videlicet ad
informandum quid facien-
dum et quid fugiendus sit.
et hec est prudentia que est
virtus cardinalis. fugere
videlicet et cauere malum
et viciosum. et imitari bonū
et virtuosum. Istam lecti-
onem summe desiderabāt
boni et virtuosi. Et ideo ec-
clesia isto tempore clamat
in antiphona. Sapientia
que ex ore altissimi prodisti
ꝛc. veni ad docendum nos
viam prudentie. Et quare
quero viam prudentie. q̄a

prudentia spiritualis est re-
gimen vite virtuose. eo q̄
docet hominem quid ē ma-
lum. quid placet deo et quid
displicet deo. Ex quibus se-
quitur q̄ ē necessaria ad sa-
lutem. Et ideo dicit Sapi-
ens Proverborum sc̄do.
prudentia. sc̄z spiritualis ser-
uabit te vt eruaris a via ma-
la. et ducet te in vias bonas
docendo te fugere peccata.
et facere ea que sunt neces-
saria ad salutē anime. Istā
prudentiam Christus doc-
cuit Johannis. iij. Scio
quia Adelias venit. scilicet
per carnis assumptionem.
et cum venerit per salutis
informationem. annuncia-
bit nobis omnia. celestia ad
appetendum. sed terrestria
ad relinquendum et iudi-
cium vltimum ad metuen-
dum. Unde Seneca in li-
bro de copia verborū. Si
inquit prudens esse cupis
presentia ordina. preterita
recordare. et futura preuide
Unde qui nihil premedit

Sermo. XI

tur. omnia mala incaute in
currit. Hecille. Unde hęc
prudentiam docuit angelus
domini Daniele. ut habet
Danielis. iij. ubi sic inquit
Ego veni ut indicares tibi
et docerem te quoniam vir
desideriorum es. id est. vir
desiderans doctrinam. unde
dicit Aristoteles in ethi-
cis quod sicut ad sanationem et
medicinas requiruntur vir-
tutes. ut prudentia. iusticia
et humilitas. sic ista doctri-
na christi non potest habitari
nisi in mentibus puris et san-
ctis qui mandata dei custo-
diunt. dicente Christo Jo-
hannis. xij. Si quis dili-
git me sermonem meum ser-
uabit. et pater meus diliget
eum. et ad eum veniemus
et mansionem apud eum fa-
ciemus. ¶ Sed tu-
mendum est quod multi istis
diebus magis addiscunt do-
ctrinam et prudentiam mun-
dalem quam spiritualem pru-
dentiam. quia iam nullus
reputatur prudens nisi sci-

at multas diuitias per suas
cautelas falsas adquirere.
et proximum defraudare et
destruere. magis vero ad-
discunt homines ad bancum
regis placitare quam ad eccle-
siam dei conuenire. seu ibi
orare. immo qui sic faciunt
reputantur stulti sine fatui
Et ideo dicitur Iohannis
tertio. Qui male agit odit
lucem et non venit ad lucem
ut non arguantur opera eius.
Fures enim et latrones ma-
gis diligunt tenebras et no-
ctem quam diem et lumen. Sic
mali nunquam vellent audire
enormitatem peccatorum
suorum. De talibus que-
ritur Christus Iohannis
.ij. Lux venit in hunc mun-
dum. et dilexerunt homines
magis tenebras quam lucem. et
ideo venit Christus in me-
tem humanam ad lenifican-
dum et confortandum. sicut
habetur in scriptura quod mul-
te tribulationes et angustie
frequenter accidunt propter
peccata hominum. Et ne pec-

Ser. XI

catores in tempore tribulationis inciderent in desperationem et desolationem. chabst⁹ venit per suam gratiam interius nos per patientiam cōsolando. Dicit enim Boecius de consolatione philosophie prosa. vij. q^a apud iustum et sapientem nulla fortuna est mala. q^a a quilibet potest si voluerit trahere fortunam suam ad bonum. quia si sit aspera et plena āgustijs tūc p^t trahere ad bonum patiēdo et sustinēdo. et tunc est sibi meritū. si sit leta et bñplacita discat illa bene uti et in deo reglari. Et iō dicit Boeci⁹ Dis fortuna aspera aut exercet perfectos aut corrumpit imperfectos siue punit iniustos. et ideo non contribulantur quicquid tribulationis eis acciderit. si sunt peccatores frequenter tristantur et tūc nisi consolētur per diuinā aspirationem caderēt in desperationē. Hinc dicit psal. Letetur mons syon et exul

tent filie iude ppter iudicia tua domine. Adoraliter syon significat animas iusti que alte situatur in cōtemp^tatione et despectu terrenorum. et ideo habet magnam materiam letandi. et ideo dicitur Letabitur iust⁹ in domino. Filie iude vocantur penitentes et confessi. quia Juda confessio interpretatur. Peccatores qui habēt cōtritionē et lacrimas pro peccatis. et veram confessionem bene possunt letari et dicere cum psalmista. Secundū multitudines dolorum meorum in corde meo. cōsolationes tue letificauerunt animā meā. Figura hui⁹ habetur. iij. Regum. xix. q^o modo serui regis Ezechie qui peccauerunt contra deum venerunt ad prophetam Ysaam dicentes q^o rex Assiriorum veniss⁹ cū magno exercitu ad destruendū regem Ezechiaz. et statim necaderet in desperationē cōfortauit regem propheta di

cens. Uade et dic Ezechie
 quod ego faciam eos con-
 uerti ad terram suam et dei-
 ciam eos gladio. Quo aus-
 dit rex est confortatus et ce-
 pit orare. Item habetur in
 scriptura quod filij Israel pro-
 pter sua demerita fuerunt
 capti et ducti ad babilones.
 Et ne caderet in desperatio-
 nem. Dominus misit ad eos
 Hieremia Baruch et Eze-
 chielem et alios prophetas
 ad confortandum eos et co-
cata sua et ea dimittendi. et
fugerit ad istas ciuitates p

intimam memoriam passio
nis christi saluabitur. Ad
istas igitur quinque ciuita
tes fuge o tu peccator. quamuis
liberaueris animam de
proditore et felone regis. scilicet
peccato mortali per omnia con
fessionem. quia propter latam
et longam moram et hospiti
um eius tecum si capereris
cum dignus esses. sin posses
suspendi cum eo in inferno. et
poni cum eo ad mortem eternam
Ergo igitur ciuitates vulne
rum christi intraueris ibi mo
ram facito per intimam re
cordationem et durante quam
habebis de pena quam christus
sustinuit quando pas
sus est hec vulnera in suo te
nero corpore pro amore tuo.
et si exieris de istis ciuitati
bus pro oblivione vulnere christi
nisi cuius habueris gratiam
ad eas reuertendi poteris
leuiter a dei balneo. scilicet
morte pro tua ingratitude
qua obliuisceris totum bene
ficius tibi factum a deo po
terisque poni ad mortem per

petuas. Et ideo si volueris esse securus de vita anime tue teneas te intra ciuitates p̄dictas p̄durantes memoriaz passionis ch̄isti. quia q̄ diu tenueris te intra ciuitates has eris securus vite anime tue. Et videas q̄ nō abutaris p̄uilegio ch̄isti sanguinis et passionis. q̄a vt habetur in lege. Qui abutitur p̄uilegio carebit p̄uilegio. Hoc verbū ostensuz fuit Londonis. Fuit enim vn̄ londonus q̄ cogitauit interficere boiem ⁊ ordinariū letali loco interfecisse. et tamen prope locum p̄uilegiatū q̄ statim q̄n̄ interfecerat eū posset libere et sine impedimento ingredi locū p̄uilegiatum vbi s̄m p̄uilegia loci saluaretur a morte. sicut cogitauit sic fecit. venit postea iusticiari⁹ dñi regis inquirens diligēter quō bō interficiebāt. ⁊ cū audisset q̄ homicida ille abusus est p̄uilegio loci in q̄ fuit et in eo q̄ occidit hominem

propter audaciā q̄ esset saluatus in loco p̄uilegiato cuz ad eum fugisset statim iusticiarius p̄cepit eū adduci ad se ⁊ sedens p̄tribunali adiudicauit eum mortū et damnat⁹ est pro homicidio. et p̄ eo q̄ abusus ē p̄uilegio loci n̄ eo gaudebat. Ad propositū nostrū sp̄ritualiter p̄uilegium quod conceditur ch̄isti sanguini et passioni ad saluandū homines ad eum fugientes a morte eterna non concedit nisi his qui ex propria fragilitate cadunt in peccata. sed illi qui peccant in spe q̄ erunt saluati virtute passionis ch̄isti ⁊ sanguinis. ⁊ nō non curant in quod peccatum cadant nec quādiu in peccatis iaceāt. cuiusmodi sunt qui dicunt. quicquid enim fecerimus deus qui ita care nos redemit precio suo sanguine non vult si nere nos perdi pro aliquo. Et pro hac spe audaciores sunt ad diutius peccandū

et ad diutius manendum
in suis peccatis. Dico tali;
bus breuiter q̄ non est ali;
quis talis qui saluabit vir
tute vel p̄uilegio. Christi
sanguinis nisi habuerit gra
uam maioris contritionis.
Quia sicut p̄dixi p̄uile
giū concessum. Christi san
guini et passioni ad saluā
das animas a morte eter
na non est datum nisi pro
his qui ex fragilitate peccāt
et postea conuertuntur et cō
fitentur peccata sua et dein
de fugiunt ad has quinque
ciuitates scilicet christi quin
que vulnera per memoriam
christi passionis. Illi sunt
qui quōdiu tenuerint se intra
istas ciuitates p̄ p̄tinuam
memoriam xpi passionis et quā
habent de xpi passione sal
uabuntur a morte p̄petua
et nulli alij nisi habuerint
grāz maioris p̄ritōis. Sed
redeundo magis ad p̄posi
tum nostre cōclusionis p̄
batur q̄ christi sanguis vnit
et concordat deum et homi

nes q̄ erant discordes. Hec
est communis consuetudo
dominorum q̄ quādo duo
domini fuerunt diu discor
des et debent cōcordare ad
faciendum durantem con
cordiam vtuntur isto mo
do faciendi. vadunt et alle
gant consanguineos suos
et cognatos et cognatas p̄
matrimonium simul et si
non fiat diuortium. illud ma
trimonium est vinculū per
petue pacis inter eos et cau
sa. Si autem fiat diuortium
inter eos sicut potest conti
gere tunc est causa maio
ris discordie inter eos q̄ p̄
us fuit. Modo ad p̄opo
situm nostrum inter deum
et peccatorem ratione pec
cati mortalis fuit longa di
scordia. et ideo ad facien
dum durantem concordiam
inter deum et homines
bonum est facere affinita
tem inter deum et hominē
per matrimonium. et herit
illa affinitas q̄ memoria hu
mana et Christi sanguis

desponsantur simul. et quā;
diu illud matrimonium nō
fuerit diuortiatum dura;
bit pax inter deum et homi
nem. Si autem fiat diuor
tium inter memoriā homi
nis et Christi sanguinem et
passionem illud diuortium;
erit causa maioris discor
die et vindicte q̄ vnq̄z fuit
pax inter deum et homi
nes. Et ideo vt possitis eua
dere vindictā dei nunq̄z p
mittatis diuortium fieri inter
Christi passionē et vestram
memoriā. Cum hoc cōcor
dat historia Erodi. xij. vbi
inuenio q̄ fuit quondā ma
na discordia inter deū et ho
mines Egypti propter ma
lam vitam suam inter quos
manebant filij Israhel dei
electi qui renuerunt vitam
malam et modum viuendi
egyptiorum et dederunt se
bone vite. et cogitans deus
vindicare se de omnib⁹ egypti
ijs pro sua iniquitate et p
dere. Filijs autem suis qui
manserunt inter eos p sua

bonitate dedit tale signum
pcepit eis q̄ acciperēt agni
sanguinē quo vngerēt sup
liminaria et alterū postem
hostiorum domoz in qb⁹
manebant et per illd signū
euaderent vindictā filij isra
bel quā deus cogitauit egypti
ijs inferre inter quos mā
serunt. et sicut deus eis pre
cepit fecerunt. Contigit q̄
deus accepit magnam vin
dictam de egyptijs sed vbi
cunq̄z deus vidit illd signū
sanguis factum ibi parce
bat et non accepit vindictā
et vbi non vidit illud signū
sanguinis factum ibi acce
pit vindictam. **¶** Podo ad
propositū per egyptū quod
interpretatur tenebra intel
go mundū istū plenū tene
bris vicioz in quo simul
manēt boni homines et ma
li. De malis autē vult deus
vindicare pro sua iniquita
te. et possit bene vocari egypti
ij. Boni vero vocantur
bene filij Israhel. his enim
vult bonum facere pro sua

bonitate. Ideo Ecclesiasti
ci. xij. dicit q̄ impijs ⁊ pecca
torib⁹ reddet de⁹ vindictaz
custodiens bonos i die vin
dicte. Sed signum p̄ qd̄ cu
stodiens bonos i die vindicta
est hoc q̄ accipiet sanguinē
agni et ponent sup lumina;
re et sup alterū postē domo
rū suaz. q̄ p̄ sciet vbi acci
piet vindictam ⁊ vbi nō. B̄
est dictū. debetis intelligere
postum. ostium anime p̄
qd̄ vicia et virtutes ingre
diunt et egrediunt. et sic hoc
ostiu⁹ ex trib⁹ sc̄ memoria
intelligentia. et voluntate.
Memoria est quasi limi a
re. Intelligentia et volun
tas q̄i duo postes ostij. Sā
guis agni cu⁹ quo memo
ria et intellectus debent vn
gi quasi duo postes est xp̄i
sanguis immaculat⁹ effu
sus isto die ad postes anie
tue vngendum et ad teredi
mendū et mundandū. Si
igitur vis v̄ de⁹ parcat tibi
q̄n capiet vindictam de ini
micis vngas memoria⁹ et

147
intelligentiā tuā xp̄i sanguine p̄
inimā memoriā et p̄fectas
intelligentiā xp̄i sanguinis
et passionis in anima tua q̄a
ita secure sicut tu es homo
in die iudicij q̄n deus capi
et vindictā de peccatoribus
vbi cū q̄ illud signū sangui
nis factū in anima huma
na fuerit tibi parcat nō capi
ens vindictā. ⁊ vbi nō vide
bit illud signum sui sangui
nis factū in anima hūana
ibi capiet vindictam. Et iō
si aliquis vestrū relinquat
viciosam vitam suam et p̄
bonam vitam faciat seipm
de filiis israel. et in B̄ signus
q̄ sicut vn⁹ de filiis israel
signet vitam suaz p̄ memo
riam et intelligentiā de xp̄i
sanguine et passione quaz
amodo habebit de ista pas
sione. tunc iste euadet illaz
vindictam in die iudicij. Et
ideo si aliquis vestrū in vi
ciosa vita fuerat ante illa tē
pora sicut egyptij. cōsulo q̄
relinquat viciōsam vitā su
am efficiendo seipsum de fi

lijs israel. Et tunc licet de
et ipse ppter malam vitam
suam fuerunt discordes an
te. modo tamen ppter ma
trimonium christi sanguis
cum memoria sunt concor
des et viuet. Et ideo illis pec
catoribus qui sic concordā
tur virtute christi sanguis
loquitur Apostolus ad Ephe.
ij. dicens. Vos inquit qui aliqui
eratis longe facti estis ppe i
sanguine christi. Et sic veri
ficatur scda conclusio. que
fuit ista. **T**he blood of criste
knyttith god āmam that
vuerat vuyne. **T**ertia cō
clusio est ista. **C**ristys bloe
de ledich mā to blysse that
god ys yn. Debetis intellige
rere quod via ducens homines
ad celum est via penitentie
Et ideo Johannes baptis
ta docuit viam versus ces
lum **M**atth. ij. dicens. **I**de
nitentiam agite appropin
bit enim regnum celoz. **H**ec
est illa via penitentie de qua
loquitur **P**salmus. c. xxx. **H**ec ē
via ambulate in ea. et nō de

clinatis neque ad dexterā ne
que ad sinistram. nimis mo
dicam faciendo penitentiā
nec nimis magnam. **S**z tene
bitis vos in medio. qui me
dio consistit virtus sicut pbi
losophū. ij. **E**t ibi. **E**t attendi
te quod super hoc quod dicitur. **H**ec
est via debetis intelligere quod
in iure civili differentia est
inter hos tres terminos iter
vicum actus et viam. **I**ter
iter non possunt aliqui ire
nisi peditando secundum iu
ra. **I**ter actum. id est. vicus
possunt boies trāsire sicut iu
ra tam equites quam pedites.
sed bigenon possunt legitti
me ibi ire. **S**ed per viā pos
sunt omnes homines ire
tam equites quam domini cum
suis curribus. per istas tres
vias vadunt diuersi homi
nes ad celum. **I**ter strictus
iter per quod nemo potest
ambulare nisi peditando ad
celum est via quattuor or
dinum mendicantium qui
vadunt ad celum peditan
do. et hoc iter dicit homines

118
citius ad celum. Sed acc^o
per quem equitantes pos-
sunt venire ad celum sūt re-
ligiones possessionatorum
episcopoz monachoz ⁊ ca-
nonicorum. et ista est ppin-
quior q̄z alia via penitentie
cōmunis omnib⁹ que du-
cit ad celum. via enim com-
munis penitētie recipit pau-
peres. peditantes. possessio-
natos. equites et dominos
cum curribus suis. Et nō
est homo alicuius gradus
quam si voluerit hanc viaz
tenere quin hec via perdu-
cet eum ad celum. **Ad** hoc
attende. propheta **Ysaías**
dicens viam versus celuz
noluit dicere. hoc est strictū
iter ad celum. ambulate in
eo. ac si diceret. nullus po-
test venire ad celuz nisi per
ingressum alicuius quattu-
or religionum mendicanti-
um qui peditant. nec volu-
it dicere hic est actus. id est.
vicus ad celum quod opor-
tet vos facere sicut religiosi
possessionati faciunt si in-

trare velitis celum. s; dixit.
Hec est via. ambulate in ea.
quasi diceret. pauperes pe-
ditando. possessionati equi-
tando. et domini cum cur-
ribus et plaustris et omne
genus hominum per viaz
penitentie intrare potest ce-
lum. vbi citius et securius
itur q̄z in via communi. sal-
tem teneatis hanc vitam et
hec perducet vos ad celum
In hac via ambulastis p̄
totam quadragessimam. et
vt timeo multi vestrum ex
d̄bilitate laboris ex vna par-
te. ⁊ ex fragilitate carnis ex
alia p̄t lassescūt in hac via
q̄re iā post pascha intendūt
facere finem de hac via pe-
nitentie. ac per hoc intēdūt
facere finem de eundo ver-
sus celum. tales qui faciūt
finem penitentie ante tem-
pus trahuntur potius a ce-
lo q̄z ad celum. iuxta illud.
In via dei non progredi ē
regredi. Et ideo omnino ne
excidatis a via penitentie.
Sed potestis mihi dicere.

Sic velles nos p̄tinue habere ieiunātes ⁊ penitētiās agentes sicut fecim⁹ iam in quadragesima. Vico q̄ nō Sed semp̄ essetis sic facientes aliquā penitentiā q̄ nō incideretis in culpā. Nollē etiaz penitentiā esse sp̄eque magnā. Nam qui vadunt romam aliquando tardi⁹ aliq̄n veloci⁹. non eī semp̄ possunt currere. et tñ sicut bene scitis vltimate pueniunt ad terminum itineris. Sic dico in proposito in q̄ dragesima et in aduentū ieiunatis et potestis sustinere. et iā ijs temporib⁹ anni potestis quietescere a talibus magnis penitentijs. Semper tñ est bonū penitentiās facere q̄ntā cūq; paruā continuando viā versus celum ne in non p̄grediendo viā domini regrediat. S; forte potestis dicere penitentiās in quadragesima fecimus q̄ sumus feynt et feble. In; cipiē⁹ eē strong et mizibi. Sic dico in p̄posito sp̄i

tualiter loquendo ch̄stus est caput nostruz et omnes sancti martires sunt mēbra xp̄i. sic q̄ ch̄st⁹ ⁊ nos ⁊ sc̄ti martires q̄i facim⁹ vnū corpus. Si ergo incipim⁹ debilitare et deficere i hac via penitentie. p̄mittā⁹ sanguinem xp̄i q̄ est caput nostrū ⁊ sanctorū martirū p̄currere ad cor nostrū p̄intimā mēmorā quā habebim⁹ de cisti san̄gne ⁊ sanctorū martirū ⁊ memoria xp̄i sanguis sic p̄fortabit nos et refrigerabit q̄ nos q̄ p̄i⁹ p̄ambulationē in via penitētie fuimus feynt et feble icapiē⁹ esse astronge aud mizibi. et sic p̄tinue debem⁹ ambulare in viā versus celum. Ad bucalio mō p̄bo p̄clusiōez ch̄stus dicit in euangelio Non om̄s q̄ dicit mihi domine dñe intrabit in regnū celoz. sed qui facit voluntatem patris mei q̄ est in celis hoc est dictum Non om̄s qui dicit corde et cogitat bene facere vel ore domie vel

pmittit benefacere intrabit
in regnū celoz. s; q̄ facit vo-
luntatem patris mei zc. Ita
q̄ q̄ vult venire ad celū nō
oportet bene cogitare et bñ
loq̄. s; oportet q̄ benefaciat.
ita q̄ benefacere ē via ver⁹
celū. Adodo attendite nar-
rationē in cronis q̄ ē vna
terra in mūdo in qua nūq̄
pluit sed ē fons in terra illa
et certis tēporib⁹ anni fluit
ita habūdāter q̄ bumectat
totam terraz circū quaz et
facit herbas flores z fruct⁹
crescere. Aliquando tñ cōti-
git q̄ fons iste retrahit se s; z
aquā suā infra ripā quare
terra illa est arida z nō pfe-
rens neq; herbas neq; fru-
ctus neq; flores. Et tūc est
illa fontis p̄ditio. q̄ si quis
vadat et iduat serubeis pā-
nis z stet iuxta fontē. ratōe
rubeoz pannoz q̄ bō ille
induit. aqua fontis sup̄e-
fluet eū z totā terrā bume-
ctabit circū quaz vnde da-
bit fructū. Spūaliter fra illa
est aīa humana de q̄ i psal.

119
Anima mea sicut fra sine
aqua tibi. In medio tamē
isti⁹ terre est fons vnus s; z
deus ip̄e q̄ est fons misericōdie
et manet i corde cuiuslibet
boni xp̄iani. Hic fons cer-
tis tēporib⁹ sup̄e fluit et bume-
ctat terrā aīe bñane aqua
decoctionis q̄ germinat in
terra aīe bñane radices bo-
narū z sanctarū cogitatio-
nū. herbas bonoz operū et
vboz. Cōtingit tñ aliqui p̄p̄t
aliquō p̄ctm p̄petratū q̄ fons
iste retinet aquaz suā infra
ripā. quare nec radices bo-
narū cogitationū nec her-
bas bonoz verboz. nec fru-
ctus bonoz opey crescunt
de terra aīe humane. et tūc
nihil aliud est faciendū nisi
q̄ bō iste induat se pannis
rubeis. Iste p̄n⁹ nihil ali-
ud est nisi memoria passio-
nis xp̄i z sanguinis ih̄u cri-
sti p̄ nobis effusi. z rōne isti-
us indumētū fons iste ema-
nabit aquā deuorōis in ter-
rā aīe tue circū quaz. Tñ
terra illa germiabit radices

bonarū cogitationum. herbas sanctorū verborū. et fructus bonorum operum ita quod virtute christi passionis et sanguinis homo potest moveri ad bene operandum. quare ducet ad viam rectam versus celum. Sicut etiam isti venatores qui pro sanguine possunt perire quando sunt prope bestiam et quando longe. Bestia quae isto die verberabatur et vulnerabatur a perfidis iudeis fuit christus dei filius et ista bestia postquam fuit vulnerata in ascensione beati stephani in celi gaudium. Si ergo volueris pervenire ad hanc bestiam perveniens ad eam pro suo sanguine. scies quoque quando es prope istam bestiam et quando longe distas. Nam quando ita est quod invenis istum sanguinem frigidum et durum in mente tua. hoc est quando non habes ardentem amorem sed mollem compassionem erga christum quando non recordaris de

christi passione signum est quod multum distas a christo. Et ex alia parte quando recordaris in anima tua de christi passione et de hoc habes magnam compassionem. quia patiebatur tantum pro factis tuis. propter hoc incipis esse novus homo pro bono nam vitas si malus homo per prius fuisti. et in ista bona vita fideliter perseveras tunc virtute istius sanguinis venies ita prope istam bestiam Christum scilicet quod recte eris presens cum illo in gloria. Amen.

Ugo de

b viena sup illo Be
 nef. j. Faciamus
 boiem. zc. ait. Creator bois
 de⁹ in his vrbis boiez tubus
 honoraui dignitatib⁹. qz
 pma est q boiez fecit cu deli
 beratione. z no sic alias cre
 aturas. dixit z facte sunt. Et
 notat cum dixit sca trinitas
 Faciam⁹ homine. Secun
 da est q homine creauit ad
 imaginē ton⁹ sancte trinita
 tis. Unde Holcothi lectu
 ra sua sup libri Sapiencie
 lectione. xxx. Cetera creatu
 re ab homine vestigiuz dei
 habent. i. quanda obscuraz
 notificationē. sed hō sol⁹ in
 ter ceteras creaturas ima
 ginem dei hz. qz p sicut in me
 moria intellectu z volūate
 Memoria cor respōdet pa
 tri. intellectus filio. et volū
 tas spiritui sancto. Hec hol
 coth. Hec dignitas ē expres
 sa per verba subiuncta. Ad
 imaginem et similitudinez
 nostraz. Tertia dignitas ē

q hominem instituit domi
 nū omniū creaturarum in
 terra mobilium. et hoc in
 nuit cū subdit p̄fuit piscab⁹
 maris. volatilib⁹ celi. besti
 is terre. omi qz reptili quod
 mouetur in terra. Et homi
 ni in plasmatione sua attri
 buit de⁹ iusticiam origina
 lem. que duos nobiles ha
 buit effectus. quos recitat
 .Ad. diuis. ij. sententiarum
 di. xxix. sub his verbis. Iudi
 mus effectus iusticie origi
 nalis est facere perfectam
 tranquillitatem in anima
 quantū ad omnes potentiz
 as. ita q nulla inferior in
 clinaret contra iudiciuz su
 perioris. aut si inclinaretur
 quantū erat ex se. posset ta
 men a superiori ordinari z
 regulari sine difficultate ex
 parte potentie superioris z
 sine tristitia inferioris. Illu
 us fuit eius effect⁹ videlicet
 immortalitas. et illa immor
 talitas non fuit impossibili
 tas moriēdi s; possibilitas
 nō moriēdi. q possibilitas

seruata fuisset p̄ elū ligni
vite. p̄ custodiā angeloz. p̄
p̄tectōez diuinā ⁊ bonū re-
gimē extrinsecū. h. d. In su-
per in h̄ statu innocētie hō
fuit dotatus septē dotibus
aīe. de qb̄ Fulgenti⁹ i suo
numerario. c. vii. Anima i-
q̄t in statu innocētie septē
radijs vniuersis decorabat̄
q̄ sunt hūilitas. veritas. eq̄-
tas. caritas. stabilis sancti-
tas. virtuosa societas. et pa-
cis p̄cordia. qb̄ in hoīe con-
iuncte erāt septē dotes cor-
poris. q̄ sunt recitate ab ysi-
doro d̄ numero. c. vii. corp⁹
in q̄t hūanū ex sua p̄ma cō-
dine habuit fortitudinē.
pulcritudinē. sanitatē. agili-
tatē. lōgeuitatē. et libertatē
et cordis iocūditatē. Beda
i exhortatōib⁹ suis. c. xcviij.
Nihil hōi nocere potuisset
nisi ip̄s ip̄e sibi met nocuis-
set. trāsisset ei flumina sū na-
uicula. ventis ⁊ mari impe-
rasset. bestijs terre astris et
igni p̄cepisset fac h̄ ⁊ fecis-
sent. Sicut ab ordie innocē-

tie hō nō apostataisset ⁊ deū
non irritasset nequa q̄z aliq̄
creatura corruptibilis neqz
celi cū luminarib⁹ q̄ tre mu-
nistrāt obedire tardassent.
aut nocere potuissent. Hec
ille. Verū etiāz hō creat⁹ in
agro damasceno trās latus
est in paradysum volupta-
tis. Unde Berni. sup cantis
ca. ser. xxxv. Habitabat hō
in paradiso in loco volup-
tatis. p̄uersatio e⁹ nihil mo-
lestie nihil indigentie sentie-
bat. odoriferis stipat⁹ ma-
lis. sulcatus florib⁹. gl̄a ⁊ bo-
nore coronat⁹. ⁊ p̄stitut⁹ su-
per opa manū plasmato-
ris. magis at̄ obiectū i lignē
diuine similitudis p̄cellerat
⁊ illi societas cū plebe ange-
loz cū oī milia celestis ex-
ercit⁹. Iste hōis stat⁹ fūda-
tus erat sup dei dilectionez
Unde Aug. de archa Noe.
Istius hōis nata ita a deo
ordinata ⁊ instituta erat vt
aīa q̄ corpori p̄erat. intēōez
⁊ desiderū intus ad solum
creatorem dirigeret et nihil

foris ageret qd ex ei dilecti
 one nō pcederet ⁊ ad ei dilec
 tioēs nō pinceret. ita q oēs
 actū ei caritas imperaret.
 rō disponeret ⁊ sens⁹ imple
 ret ⁊ pificeret. S; procb ne
 phas diabol⁹ inuidēs hoīs
 excellēte. ⁊ specialitē q; vidit
 q; hō trāslat⁹ fuiss; in glām
 quā ipse pdidit p peccatum
 hoīez tēptavit. ac finalit in
 ruinā deduxit. Unde bern.
 de dispensatōne ⁊ pcepto.
 Quid erat eloqā demonis
 cū eua pma matrenisi igni
 te scintille ardentis inuidie
 Vidit ei q; illā glām fuisset
 hō habitur⁹ quā pdidit ille
 angel⁹ lucis. vidit ⁊ inuidit
 Ad hōd⁹ tēptatōis at; dece
 ptionis colligit ex li. Gen.
 c. iij. ⁊ ex dicens magistri. H
 sup eodē. Aut ei sic. Byabo
 lus nūmēs se apprebēdi a vi
 ro aggressus ē mulierē per
 serpentē q; erat callidior cū
 ctis animātib⁹ terre. ⁊ natu
 raliter ⁊ incidētaliter. q; ple
 nus erat demone habēs vir
 gineū vultū. sequit in textu

Aut serpens ad mulierem.
 Cur pcepit vobis de⁹ vt nō
 comederetis ex omni ligno
 paradisi. Cui mulier. Ne
 forte moriamur. Et ait ser
 pens. Nequaquā moriemur
 ni. sed cū comederitis de li
 gno hoc. eritis sicut dii sciēs
 tes bonum ⁊ malum. Ex q
 occasiōe mulier elata ⁊ vol
 lens deo assimilari serpenti
 cōsensit. et tulit de fructu ar
 boris prohibite et comedit.
 Deditq; viro suo q; comedit
 Sed omnipotens deus iu
 dex iustus nullam trāsgres
 sionem dimittens impuni
 endam scdm modum dece
 ptionis reddidit et penam.
 Unde magister Hugo su
 per illo. Aut deus ad serpen
 tē. ꝛc. Serpens inuidit. mē
 tus est. et decepit. His trīs
 bus reddite sunt tres males
 dictiones. quia enī inuidit
 hominis excellētū dicitur
 est ei a domino. Super pe
 ctus tuum gradieus. paus
 enim erectus erat sicut hō
 mo. Et qā mētu⁹ ē puniuit

eum de^o in ore q̄ mentitus
est dicens. Terrā comedes
omnib⁹ dieb⁹ vite tue. imo
abstulit ab eo vocē. vt dicit
A^l. Et scdo qz decepit per
blandū vultum dixit dñs.
Inimicicias ponā inter te
et mulierē. inter semē tuū et
semen ipsi⁹. et ipā cōteret ca
put tuū. Mulier in duob⁹
peccauit. qz supbiuit et veri
tum fructū comedit. qz sup
biuit hūiliauit eā de^o dicēs.
Sub viri potestate eris. et
ipse dominabit⁹ tui. qz fru
ctū p̄hibitu⁹ comedit. in fru
ctu vteri sui punita ē. cui⁹ di
xit deus. In dolore paries
Adam vero qui ī solo vno
peccauit ī labore querendi
eduliū suū punit⁹ est. cum
ait deus. In sudore vultus
tui vesceris pane tuo. Et s̄
inferitur dolorosa cōclusio.
Emisit eū dñs de^o de para
diso voluptatis vt operare
tur terrā de q̄ sumptus est.
Hanc eiectionem comme
morat Lathbury lamenta
biliter super illud Trenoꝝ

p̄mo. Adgrauit iudas pro
pter afflictōnem. Sicut tri
bus inquit iuda de monta
nis iudee et hierusalem mi
grauit captiua ad regiones
babilonis. pari mō genus
humanuz multis miseris
vinctatū migravit de pa
radiso in mundū quasi ad
regnum p̄fusionis. tot enī
vinculis et cathenis genus
humanum constringitur.
quot penis et passionibus
tam corpore q̄ anima sub
iicitur. quā obrem de homi
ne sic de paradiso eiecto po
test dici et litteraliter et misti
ce quod scribitur Psalē p̄i
mo. El plāta pedis vsqz ad
verticem capitis non est in
eo sanitas. intelligendo per
plantam pedis appetitum
sensitiuum. et per verticem
capitis supremū rationis.
Tanta enim est repugnan
tia atqz rebellio appetit⁹ sen
situi ad dictamen rationis
q̄ Apostolus dicebat ad
Romanos. vij. Etideo ali
am legez in membris meis

repugnantem legi mentis mee. et captiuantem me in lege peccati. Ecce deperditio primi effectus iusticie originalis. Similiter homo perdit secundum effectum iusticie eiusdem videlicet immortalitatem. Unde doctor de lira super illud psalmi octuagesimo octavi. Quis est homo qui vivet et non videbit mortem. ait. Post peccatum statutum est hominibus semel mori. Cui consonat petrus belesensis super illud Job ultimo. Fortius est senex et plenus dierum. ubi ait. Uniuersas felicitates hominum mors concludit. quia cum predicaueris fide Abrabe pietate Joseph. caritatem Moyse. fortunam Sampsonis. virtute Dauid. miracula Elisei. prudentiam et diuitias Salomonis. vna est conclusio et mortuus est. Hec ille perdidit etiam homo dominium in animalibus ut patet in maximis ut in leonibus. et in minimis ut in culicibus et pulicibus

et retinet dominium in mediocribus. ad ostendendum quod habuit etiam in alijs. hec Ad. Hugo. Corpus doctorum perdidit homo per peccatum. De hac amissione dicit Anselmus de similitudinibus. cap. quinquagesimo. Corpus humanum post peccatum induit difformitatem. debilitatem. infirmitatem. ponderositatem. vite breuitatem. seruitutem. et penuriam cordis anxietatem. quod miseris attendens sanctus Job. Ait Job. xiiii. Homo natus est. Super quo Grego. xj. moralium. capitulo. xix. Idem hominis breuiter est expressa. Ipsi enim corruptioni carnis ministrare necessaria miseria est. ut contra frigus vestimenta. contra famem alimenta. contra estum frigiditas. Magna etiam caute custoditur salus corporis. et amissa cum graui labore reparat. tamen reparata semper in dubio est. Quid saluum est quod mortalitatis vite

miseria. Hec Bre. Hinc pri
mi hominis casum miserū
et miseras in quas cecidit
sp ante oculos meus volua
mus. ut ad celestē paradisi
puenire possim⁹. ad quam
homo fuit finaliter trāstat⁹
si dei p̄ceptum non fuisset
transgressus. Unde Bern.
in speculo peccatoris. Insi
piens est qui a paradiso se
expulsum peregrinum esse
non cōsiderat. et qui se eru
lem in hoc seculo non attē
dit. Huius peregrinatiois
atq; exilij meminit rex Ba
uid p̄mo paralipomenon.
capitulo. xxx. ubi ait. Ider
egrim sumus coraz te ⁊ ad
uene sicut omēs patres no
stri. Huiusq; recordatō ad
dei auxiliū implorandū
nos excitat. Unde Linc.
super illud psalmi sexii. La
boravi in gemitu meo. la. zc.
Stimulus ad oranduz ut
ab infirmitate liberemur ē
eiusdem infirmitatis sensa
tio. Dico igitur cum ppbes
ta. Isal. nonagesimo q̄rto.

Venite adoremus. ubi do
ctoꝝ de lira. venite ad oratō
nem latrī et procidam⁹ hu
militer adorando et ploꝝ
mus peccata nostra p̄fitem
do ante deuz q̄ fecit nos ad
imaginem et similitudines
suam. q; ip̄e est dñs de⁹ nos
ster. dans se nobis p̄ suā be
nedictam incarnationem.
Orate igitur pro tribus ec
clesie statibus per tres p̄lo
nas in sacra scriptura deli
gnatis. Pr̄mo pro statu
spirituali per samuelem de
signato. Samuel enim in
terpretatur nominat⁹ a do
mino. Cuius interpretatio
competit christi p̄mo vica
rio. Unde Job. i. Intuit⁹
in eū ihs dixit. Tu es simō
filius Jobanna. tu vocabe
ris cephas qd̄ interpretat̄ pe
tr⁹. i. supra petrā q̄ ē christ⁹
firmus. Sic essent omēs vi
ri ecclesiastici radicati in fi
de ⁊ caritate christi alios cō
solidantes per bona exem
pla. Fuit et Samuel ppbes
ta per etimologiam. id est

procul fans. Et sic viri eccle
 siastici et marie plati ac pa
 stozes essent. ppbete. in pdi
 cando p̄mia virtutū r penas
 cōdignas peccaminū. Se
 cūdo orandū ē p̄ statu tpa
 li p̄ dauid regē connotato.
 Dauid eī interptat manu
 foris. sic rex r sui milites iu
 ramento astricti defederēt
 manu valida iura ecclesiasti
 ca viduas r pupillos ab in
 iurijs. Tertio orem⁹ p̄ aīa
 b⁹ in pena purgatorij deten
 tis p̄ Salmanaazar insinua
 tis. Salmanaazar eī interp̄
 tatē sentētes carcerē. De gra
 uitate ignis purgatorij dic
 Aug. de vā r falsa penitētia
 Purgand⁹ est purgatois
 igne q̄ hic distulit tps puer
 lionis. q̄ r si etern⁹ non ē. in
 hac vita nūq̄ in carcere tā
 ta inuēta est pena. licz mira
 bilia passi sūt martires tor
 menta.

Ambula
 te in dilectione.
 ad Eph. v. r in

psentis dñice epistolari of
 ficio. Eld imitatorēz xp̄i nos
 inuitat Apl's i eplā hodiernā
 dicēs. Estote imitatores
 dei sic filij karissimi et abul
 late i dilectōe sic r xp̄s dilexit
 nos. Ambulanti seu pegri
 nanti lux ē necessaria vt car
 pere possit viā mūdā r dire
 ctā ad terminū ad quē am
 bulat. Un xp̄s ioh. xj. Am
 bulate dū lucēbēis. sup qd
 Hrotigbame. Illō ābulare
 ē p̄ fidē ad xp̄s accede. Hāc
 fidē p̄misim⁹ in sacramēto
 bapuzmatis p̄ qd lauati su
 mus ab originali pctō. Un
 ad Heb. xj. Crede oportz ac
 cedētē ad deū q̄ ē. r q̄ in q̄rē
 tib⁹ se remunerator sit. Re
 uera nrā fides magne ē au
 ctoritatis q̄ a sumo autore
 ihu xp̄o deo et homie. teste
 Aplō ad Heb. xij. Idē pa
 tiētā curram⁹ ad pposituz
 nobis certamē. aspicientes
 in autorē fidei et p̄summas
 torem ihm. vbi doctor de li
 ra. Jesus dicitur auctor fī
 dei in q̄ntum de⁹. ipam fidē

Infundēdo. Dicit etiam au-
tor fidei in q̄ntū homo. ip̄az
fidē p̄dicādo. Dicit p̄suma
tor ip̄i p̄ miracula p̄firman-
do. ⁊ fidei p̄miū reddendo.
Ad fidei autoritatez valet
q̄d dicit Aristo. in p̄ncipio
sc̄di libri sueret bonice Tria
in q̄t reddūt dicū alicuius
credibile quāq̄z nō demon-
stratiue loquat. videlz p̄u-
dentia. virt⁹. beniuolentia
loquentis ad audiētes. q̄a
p̄pter oppositum horz truz
discredimus nō demonstra-
tiue loquēti. Hec tria veris-
sime i x̄po p̄dicante fidē no-
stram eriterunt. p̄mo in eo
viguit sapientia. Unde do-
cto: de lira sup illō Ecclesia-
stici. i. Om̄is sapiētia a do-
mino deo est. Ali. Om̄is sa-
pientia. i. fili⁹. q̄z tenet super
eminēter omēs modos sa-
pientie create. Idreualuit
etiā in eo virt⁹. eo q̄ nemo
potest opari virtuosē nisi p̄
virtutē. Nam virt⁹ diffinit
ij. Eibi. virt⁹ p̄ficū hominē
⁊ ei⁹ opus bonū reddit. Sz

christ⁹ oīa bene fecit. Adar.
vij. Ex quibus subinfero q̄
x̄ps fuit virtuosus. Fuit et
nobis beniuol⁹ ⁊ maxim⁹
amic⁹. Nam Job. xv. dicit
Adiōrē hac dilectionē ne-
mo habet q̄z vt animā suaz
ponat q̄s pro amicis suis.
Sed christus dilexit nos ⁊
tradidit semēp̄m p̄ nobis
ad Ephe. v. ergo fuit nobis
beniuol⁹. quas ob res dica-
mus cū psalmista psalmo
nonagesimosecūdo. Testi-
monia tua credibilia facta
sunt nimis. Ampli⁹ q̄tuor
nobis p̄fert vtilia. p̄mū est
q̄ p̄curat peccatorz remissio-
nem. Luc. vij. dixit x̄ps ad
mariā magdalēnaz. Fides
tua te saluā fecit. Et Adar.
ij. Cum vidisset ih̄s fidem
illoz dixit paralitico. Dimit-
tunt tibi peccata tua. Hui⁹
exemplū habetur. Bone. iij.
Crediderunt viri niniuite
domino. et statim sequitur
Adiferus est domin⁹ sup
om̄nem maliciam quam
locutus est facere eis et nō

fecit. Secundum est q̄ ope
ratur demonum confusio
nem. vnde de vere credentib
us dicitur. **M**arci ultimo
Signa autem eos qui cre
diderint hec sequentur. In
nomine meo demonia ei
cient. **z̄c.** Fides aliquando
dicitur scutus spirituale ad
Ephe. vi. In omnib⁹ sumē
tes scutum fidei in quo pos
suis omnia tela nequissimi
ignea extinguere. Ad cui⁹
confirmationē refert **Hol**
coth lectione centesimo
nagesimo nona quod habe
tur in expositione sup **Ju**
uenalem. **I**fluma p̄pilio
sacrificante cecidit scutum
de celo. datūq; est responsū
q̄ illic foret romanum im
perium. vbi illud scutus fo
ret seruatus. **M**oraliter di
cit scutum d̄ celo cecidit q̄n
christus de celo veniens fi
dem omnib⁹ predicauit et
vbiq; fuerit scutus illud
seruatiū demonis extirpat
dominiū et dei p̄generat im
periiū. **T**ertium quod con

124
fert est legitime petitoꝝ con
secutio. vnde centurioni de
precanti pro salute serui di
xit christus **M**atthei. viij.
Vade sicut credidisti fiat ti
bi. **E**tiam **M**arci. xi. **Q**ue
cunq; orantes petitis cre
dite quia accipietis et veni
ent vobis. **U**nde refert ma
gister **H**ugo sup li. **H**ester
q̄ cū **A**lexander magn⁹ ve
nisset ad mōtes caspios mi
serūt ad eū filij captiuitatis
decem tribuū egrediendi li
centiā postulantes **E**unq;
quesisset causam captiuita
tis. et audiuit eos infideles
essere cedendo a deo israel.
vitulis aureis immolādo.
Respondit **A**lexāder gar
tius eos includeret. q̄ cū hu
manū laborē vidit nō posse
sufficere rogauit deū israel
vt illud opus cōpleret. et di
uino nutu p̄rupta montū
ad se iuicē accesserūt. et fa
ctus est locus mirabilis.
Quartū est dei benedictio.
Unde christ⁹ **J**oh. xx. **V**ti
qui non viderūt et credede

runt. ubi Augustinus sup
Iohannes omelia centesi
mavigesima p̄ma. Preteri
ti t̄p̄is vsus ē v̄bis tāq̄s ille
q̄ qd̄ erat futuz in sua noue
rar p̄destinatōe iam factuz.
Borra sup illō Luc. j. Bea
ta que credidisti ait. Sicut
ap̄ta dei visio est beatitudo
patrie. sic p̄fecta cognitio ē
beatitudo vie. Sed dic̄ m̄s
hi aliq̄s. Credo singlōs ar
ticulos fidei. nunq̄d̄ igitur
habeo hec quattuor vtilia.
Respondit Aug. p̄ma pre
sermonū. sermōe. xxvij. Fi
des nr̄a appellata est a duo
bus. scz quia fit quod dicit̄.
vnde due sillabe sonant cū
dicit̄ fides. p̄ma est effectio.
secūda est dictio. Fac ergo
quod dicit̄ et fides est. tu di
cis qd̄ diligis iusticiā z odis
iniquitatē. fac quod dicit̄ z
fides ī te operatur. Cui sen
tentie alludit Chrysostomus. super
Matthēi opere im̄p̄fecto.
omelia. li. Fatui sunt omēs
q̄ hoc solum estimant suffi
cere ad salutē q̄ credūt xpm̄

z chustiani dicuntur. nece
stināt semetip̄os bonis ope
ribus commendare. nec au
diunt Iacobum dicentem
Fides sine operibus mor
tua est. sicut corp⁹ sine ani
ma mortuum est Sed op⁹
fidei est ipsamet dilectio. vñ
de communis glosa super
illō Apostoli ad Galat̄as
v. In chusto Iesu nec cir
cumcisio aliquid valet ne
qz prepucuz. sed fides que
per dilectionem operatur.
Opus fidei ipsa dilectio ē.
sine dilectione fides inanis
est. fides cum dilectione cri
stiani est. Ideo dico cum
Apostolo ad Ephesios q̄r
to. Obsecro vos ego vñ
ctus in domino. vt digne
ambuletis vocatione qua
vocati estis cum omni hu
militate et mansuetudine.
cum patientia sup̄portātes
inuicem in caritate. Et sic
infero v̄ba thematis. Am
bulate in dilectione.

124
Iſo pceſſu hui' inculti
ſermonis duplex e' dilectio.
vix dei ⁊ primi. p pma ſcri
bit Deutro. vi. Diliges dñz
deū tuū. p ſcda bēt Eccl. xx/
vij. Dilige primū. et rui'ge
fide cuz illo. Iſoimo dixi q
de' e' a nobis ſūme diligen/
dus. q' ſūme bon'. ⁊ bonū
ē qd oia appetūt. j. Etbicoz.
ca. j. Diligam' ergo deuz lē
berali'. integrali' ⁊ ppetua/
liter. Liberali' ppē ſeipm ⁊
nō ppē noſtrū vtile. vñ phi
loſophus. viij. Etbicoz. diuidit
amiciciā i amiciciā ppē vti
le. ppē delectabile. ⁊ ppē bo
neſtū. Et dicit q amātes p/
pter vtile ſūt i inferozi gra
du dilectōis. quā de re qui
diligunt deū ppter vtile vel
p'cuſe p'ipali proſperitate. et
qñ eiſ ſubtrahit murmurāt
p'ra deū. tales aſſimilātur
porciſ q q'z diu habundant
ſurfure ⁊ ſiliq's nō murmu
rant p'ra ſuū dñm. ſz horuz
defectu murmurāt. Cōtra
tales dicit ſapiēs Iſoouer.
xxij. Iſo debefili mi cor tuuz

mibi. nō dicit accommoda
vel vende mibi cor tuuz. ſed
prebe. Scdo debem' dare
deo cor noſtrū integrali' di
ligēdo. Unde Maſabei. xxij
Diliges dñm deū tuū ex to
to corde tuo. Eſt enī xp̄s ve
lut hō zelotip' q nō pmitit
prozē ſuā alios dilige Ero.
xxxvij. dñs zelotes nomē e'
Eſt ei xp̄s ſic falco genero
ſus q cū diu volauerit et ſe
fatigauerit p'damqz ceperit
cor ſue prede. p mercede re
quirit. Sic xp̄s p nobis vo
lauit de celo i vterz v'g'is. de
vtero i patibulū. de patibu
lo ad infernū. de inferno ad
mundū. de mūdo in celum
captiuā ſecū du cēs captiui
tatē. Et iſo merito vēdicat
ſibi cor. ⁊ hūtegrali'. ⁊ ſicut
cor p'de extrahit. lauat. et ni
ger ſāguis exp'mit. ⁊ demū
i ptes deſcendit. ſic extraba
mus cor noſtrū p p'ciōz oc
cultoz recordatōez. deinde
lauet p lacrimaz ſupinfuſi
onē. ⁊ exp'mat p oris p'feſſio
nē. ⁊ deinde deſcendat p pe:

nosam satisfactōem. ⁊ sic di-
cere possum⁹ cū psalmista.
psalmo q̄nq̄gesimo. Cor cō-
ritū ⁊ bñiliatū dñs nō despi-
cies. **T**ertio diligā⁹ deū p̄-
petualit̄. solēt hoies q̄ volūt
ppetualit̄ amico aliq̄d dare
facere cartā sc̄ptā ⁊ sigillatā
et tandē ponūt eā in secura
custodia. **M**odo pari faci-
amus deo cartam de corde
nr̄o scribēdo ī eo legem dei
q̄ ptinet decē mādata. **P**ro-
uerb. vij. **S**cribe illā sc̄lz le-
gē ī tabulis cordis tui. **B**e-
ide sigillēt passiōe xp̄i. ip̄az
p̄ deuotōez ad nr̄az memo-
riā reuocādo. **C**ānicoz. viij
Poneme vt signaculū su-
per cor tuū. **E**t demū pona-
mus eā in secura possessiōe
in bonoz opey p̄seuerātiāz
q̄a q̄ p̄seuerauerit vsqz in fi-
nē h̄ salu⁹ erit. **M**at. x. ⁊. xx.
iij. **E**t sic diligā⁹ deus ex to-
to corde. **A**ug. li. d̄ spū ⁊ aīa
nō valēs exp̄mere q̄stū deū
diligeret ait. **M**iser ego q̄
tum debeo diligere deū me-
um. qui me fecit cum non

eram. redemit cū perieram
vocaui me nōmie suo vt a
christo diceret christianus.
Buas igitur cerui proprie-
tates habeamus quas pō-
nit **B**aribolomeus de pros-
peritatibus rerum. libro. xv
ij. capitulo. xxvij. **U**na est
q̄ cum cerui flumina īmen-
sa vel mare transeūt fortior
in natando p̄cedit e⁹ cluni-
bus debiliores capita super-
ponūt. **E**llia est q̄ vrgēte vi-
canum ad hominem quasi
ad animal mansuetum cer-
ui confugiunt. **S**ic morali-
ter nos debiles innitemur
deo per dilectionē q̄a fortis
est. et tunc tute possum⁹ flu-
mina. id est. tribulatōes hu-
ius seculi p̄transire. ac cum
infestamur a demonibus.
mūtanis tribulatōibus.
vel carnis concupiscentijs.
debemus per deuotionem
ad deum tanqz summe mi-
sericordem fugere. dicentes
cuz psalmista. psalmo. xvij.
Biligā te domie fortitudo
mea. dñs firmamentū meū

pro primo. dñs refugium meum. et liberator meus. pro secundo. Sed multi hunc ordinem dilectionis pervertunt. de quibus Prosper primo libro de vita contemplativa sic conquiret. Ordinem dilectionis illi pervertunt qui aut mundum quam contemnendus est diligunt. aut seipsum plusquam deum diligunt. unde mundanarum rerum inordinata dilectio nobis prohibetur. Jo. ij. Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt. super quam ait Augustinus. Talis est omnis homo queque dilectio. si nihil diligis. nihil es. si terram diligis terra es. si deum diligis deus es. quod ego dixi dixi estis. h. Augustinus. Quia in re dilectio divina que fontali assimilatur que naturaliter in hyeme est calida et in estate calore exterius inualescente frigescit. sic dei dilectio in hyeme paupertatis et tribulationis feruet. sed cum exterius honor mundi inualescit. tepescit dilectio dei. teste Gregorio super Eze. ome

ha. ix. Si inquit presenti seculo inheres. et terrenis voluptatibus delectaris. amare non potes gaudia que audis. Ergo viam mundanarum allectionum deserite. et viam deum diligendi eligite. quam nobis ostendit Apostolus. i. ad Corinthios. xij. dicens Excellentiores viam vobis demonstro. Ubi remigijs. Idcirco hanc viam intelligitur caritas que nobis precipitur. quia peccata ad patriam celestem pervenitur. Et sic ambulate in dilectione. Alia est dilectio que quis diligit proximum sicut seipsum. cuius proprius actus ut ait Linconiensis de mandatis. est ut faciat quisque ad unumquemque alterum quod sibi vellet debere fieri ab eodem altero si esset in conditionibus alterius. quare hoc preceptum omnia precepta secunde tabule claudit ad Romanos xij. Non adulterabis. non occides. non furaberis. non

falsū testimoniū dices. non
cupisces rem primi tui. et
quodcūq; fuerit aliud māda-
tū. an hūbo instaurat. Bili-
ges. primū tān sic teipm. s;
certe q̄ se non diligit. primū
neq̄t dilige. Sed dicet mibi
aliq̄s. q̄s seipm nō diligit.
Ad quō r̄ndet Aug. i. li. d. do-
ctrina xp̄iana h̄mō. Hō in-
q̄t si te interrogē virū diligas
te. R̄ndes. diligo me. quis
enī se odit. nō ego dico sed
psalmista. Qui diligit in-
quitatē odit aīa; suā. Bili-
gas ergo te tuā neq̄ciā; pe-
nitēdo. et tunc diligēdo pri-
mū tuum sicut te. Hec duo
mēbra dilectōis scz dei et pri-
mi ita ad inuicē cōcatbenā-
tur q̄ vna sine altera esse ne-
q̄t. dicente Chrys. sup. Mat-
thēnz ope impfecto. omelia
xxxij. Utilitas inq̄t oīm mā-
datoꝝ vna ē et oīa mādata
vniuz esse vident. qz illa sibi
inuicē adberēt et alterū sine
altero esse nō pōt. Eidē snie
concoꝝ ē Linceo. de māda-
tis innuens. Omnia māda-


ta diuina sapientia in vniū re-
degit scz caritatis. Hoc mā-
datū etiā; ē vnicū vbiū. scz
Alma. Aug. in de laude ca-
ritatis ait. Si nō vacat tibi
oēs sacras paginas p̄tracta-
re. oēs reglās iuris i codice
iterptari. oīa volūmina ser-
monū ruminare. tene carit-
tatē. q̄ sola supplet vniuersa.
qz finis felix oīm ē dilige de-
um et primū. Ille ergo te-
net quōd latet et quōd patz i diui-
nis sermonib⁹ q̄ caritatē te-
net in morib⁹. Hieronim⁹
in suo cōmentario sup. epi-
stolā ad Ephe. Jobā. cū v-
qz ad vltimā senectutē mo-
rā traheret. singulis diebus
solebat p̄ vbo dei finalit p̄-
ferre. Filioli diligite inuicē.
tandē discipuli perecūdia
inuicē et tedio affecti dixerēt
iobāni quare h̄ verbū toti-
ens reperis. q̄b⁹ iobā. nihil
dulci⁹. nihil vtilius. nihil se-
curius neqz breuius doces-
re decet. qz caritas p̄ceptū
domini est sine qua nihil p̄-
ficat. et si solum fiat sufficit.

Ad idē Hugo d̄ viēna sup
 psal. lxxvij. Lex euāgelica ē
 dilectio d̄i ⁊ primi si vtraqz
 dilectio vicz dei ⁊ primi cēt
 pseuerās atz p̄tinua. Unde
 in li. noīato destructoꝝ
 vicioꝝ. parte. vij. c. xij. babe
 tur. Imago amoris depin
 gebat̄ i effigie mulieris. vi
 ridi indute veste. in c^o frōte
 scribebāt̄ h̄ v̄ba. p̄cul ⁊ p̄pe
 in pectore mors ⁊ vita. i fun
 bria vestimenti. hyems et
 estas In hac pochi figurāē
 p̄petates veri amoris. Ipsi
 mo eo q̄ ymago fuit depi
 cta in specie mulieris desi
 gnat feruorē dilectōnis. q̄a
 vt frequentē mulieres feruē
 nus diligūt q̄s viri. Et q̄ ve
 stita fuit i veste viridi signi
 cat q̄ verus amor sp̄s h̄ re
 cēs. Ipsi h̄ v̄ba p̄pe ⁊ p̄cul
 sc̄pta i fronte designat q̄ ve
 rus amor ita firmē mane
 ret in absentia amati sicut i
 p̄sētia amati. Ipsi v̄ba scri
 pta i pectore videlicet mors
 ⁊ vita exp̄mit q̄ ver^o amic^o
 ostēderet effect^o sui amoris

post obitū amici defūci sic
 in vita. Ipsi h̄ v̄ba hyems
 et estas sc̄pta in fimbria ve
 stimenti notat q̄ ver^o amor
 equē p̄maneret in aduersi
 tate sicut in p̄speritate. et sic
 ambulate. Hec est via de q̄
 scribit̄ H̄ eremie. vi. Inter
 rogate de semitis antiquis
 q̄ sit via bona et ambulate
 in ea et inuenietis requiem
 animab^o vestris. Et sic am
 bulans in caritate recipiet
 coronā vite quam rep̄onni
 sit de^o diligētib^o se Jaco
 bi. i. Quam nobis cōcedat
 qui sine fine viuit ⁊ regnat.
 Amen.

Et sic est finis sit laus et
 gloria trinis. Impressum
 Argentine Anno domini
 M.D. cccc. lxxxvij. Finium
 in vigilia Annūciatōnis
 gloriose v̄ginis M̄arie.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in two columns and is extremely faded, making it impossible to read.



Ex. completa com 127 fls. innumer.
folha a ult. f. ler.

